Flamsteed, John / Ptolemaeus, Claudius / Brahe, Tycho

Historiae Coelestis Britannicae Volumen ...


Londoni 1725

Mathesis. Astronomia. Observationes 867.

HISTORIA COELESTIS *BRITANNICA*,

Tribus Voluminibus contenta.

VOLUMEN PRIMUM.



JOHANNES FLAMSTEEDIUS *Derbiensis*
Astronomiæ Professor Regius. Anno Ætatis 74. Obijt Decem: 31 1719

HISTORIÆ COELESTIS BRITANNICÆ

VOLUMEN PRIMUM.

Complectens

STELLARUM FIXARUM

Nec non

PLANETARUM OMNIUM

OBSERVATIONES

Sextante, Micrometro, &c. peractas.

Quibus ſubjuncta ſunt

PLANETARUM LOCA

ab iiſdem OBSERVATIONIBUS deducta.

Obſervante *JOANNE FLAMSTEEDIO*, A.R.


In OBSERVATORIO Regio

GRENOVICENSI

CONTINUA SERIE

Ab Anno 1675, ad Annum 1689.

LONDINI: Typis H. MEERE. M.DCC.XXV.



SERENISSIMO ac POTENTISSIMO PRINCIPI

GEORGIO,

Dei gratia Magnæ Britanniæ &c. Regi,



INSEQUENTEM hanc Cœlorum Historiam Tibi, Princeps Auguſtiſſime, quàm humillimè Dedicatam, continuis multorum Annorum Obſervationibus, crebris Excubiis & aſſiduâ Diligentiâ, lucubravit, exegit, elaboravit ſolers ejuſdem, & indefeſſus Auctor.

Jubente CAROLO ſecundo, Rege ad rem Nauticam promovendam Nato, incepit. Aſpirantibus vero cæteris deinceps Principibus, ad Tuam uſque Inaugurationem feliciſſimam, quotidie in majus auxit.

Tu

DEDICATIO.

Tu igitur (quæ Tua eſt Bonitas) facillimè ignoſces Editoribus, quòd Cæptum tam longum, tam arduum, plenum Laboris, plenum Sumptûs, Tibi ad Pedes ponere vehementer ardeant. Quippe qui non poſſint Sibi non promittere, Te ſub Tutelam Tuam Regiam lubentiſſimè accepturum Opus, ſub Perpetuo Regum Patrocinio inceptum, continuatum, finitum; atque ita quaſi Jure Regni Tibi traditum, & Tuæ commiſſum Fidei.

Adhuc immaturum fovebant Anteceſſores Tui, Ominantes nimirum, in quantam tandem aliquando ſuccreſceret Altitudinem. Tu vero ſumis omnibus numeris abſolutum; ſub Tuo ipſius Regno Auſpicatiſſimo ad Umbilicos perductum; Suo ſcilicet Auctoriſque felici Sidere in hunc delatum Diem, ut benignis tam Inclyti Patroni Radiis enutritum ad plenam perveniret Maturitatem.

Qui Vir fuerit Auctor longum eſſet narrare, quodque & Audaciam ſaperet, & Arrogantiam. Quod vero a Nobis fieri non decet, id facto non eſt opus.

Quàm probe enim tum Navigandi Artem, tum Scientiam Aſtronomicam calluerit Flamſtedius; quàm ſedulam aſperioribus hiſce Studiis excolendis, & ad Praxin Uſumque revocandis navaverit Operam; quâ Humanitate, quâ Facilitate propinaverit aliis inexhauſtos Laboris Sui Fructus; Sibi vero quàm parum pepercerit; Notum ſatis Omnibus & comprobatum eſt.

Hac tam felici indole, His animi dotibus, ſi, inter clariſſimos Ætatis Suæ Viros, paucos quoſdam agnoverit pares (Pares autem habuit planè perpaucos) Hoc unum ſaltem audacter Aſſerimus, in Sacram Majeſtatem Tuam, in Imperium, in illuſtriſſimam Tuam Domum, egregium illud Reformatæ Religionis Decus & Tutamen, Pietate, Studio, Affectu Cordis integerrimo, ſuperiorem habuiſſe prorſùs Neminem.

Omnibus

DEDICATIO

Omnibus prænobili Tuâ ſtirpe Oriundis perennem Incolumitatem, plenam Felicitatem, proſpera denique & ſerena omnia; Ipſi vero ante omnes Tibi, diu ut Vivas, diu Valeas, diu & feliciter Nobis imperes; ſicut quotidie precatus eſt dum Vixit Ille: ſic precantur, & quam diu vixerint precaturi ſunt

Subditi tui fideliſſimi,

Servique humillimè devoti,

MARGARITA FLAMSTEED, *Vidua,*

JACOBUS HODGSON.

A D

LECTOREM.

NON *abs re Ducimus certiorem facere Lectorem, Obiisse hujus Operis Auctorem Decembris* 31mo *Anno Domini* M.DCC.XIX, *Dolore Stranguriæ per triduum jam opprimente, postquam maximam hujus Operis partem Typis ipse mandaverat, Parti residuæ extremam admovisset Manum, (exceptis Prolegomenis quæ Lingua Scripta Vernacula reliquit quæque si diutius vixisset recensere statuit,) Totumque Opus eodem quo nunc Ordine edendum in mandatis dederat, Prolegomenis nimirum tertii Voluminis initio præfixis. Quod quanquam ab usitata Methodo alienius fortasse videatur, attamen si Animo expendamus in hunc apprime Usum extructum esse* OBSERVATORIUM, *ut Fixarum Catalogus accuratus obtineretur, & quum hæc Prolegomena particularem reddunt Descriptionem quibus Instrumentis, qua Methodo prædictus obtinebatur Catalogus, & quum adeo sibi invicem sint affinia, peridoneum apparebit, atque Ordini perquam consentaneum.*

Eximius hicce vir Vitam clausit Anno Ætatis suæ 74to, *Natus Augusti* 19no, *Anno Domini* M.DC.XLVI, *in Oppido Derbiæ in Anglia. Omnium Seculi sui Astronomorum facile Princeps erat, & Coryphæus, nulloque Seculorum præteritorum secundus. Ad Inceptum tam grande, tamque generosum, a Natura creatus videbatur, qui a tenero jam Ungui Studiis Astronomicis apprime Incubuit, non tam Rem suam augendi gratia, quam verum indagandi, solidumque jacendi Fundamentum, pro Legibus definiendis, quibus reguntur Corpora Cœlesta, unde inæstimabilem Posteritati reliquit Thesaurum, quo clarissima ejus Memoria, in omne Ævum erit prorogata, Ejusque Nomen apud Posteros ad Astra digne feretur, quamdiu nimirum Homines Cœlos contemplabuntur, Navesque Æquora pererrabunt.*

Quid de Flamsteedio, *ejusque Operibus censebat Gens Literaria, patet ex Epistolis, ab Ipso, virisque omnium Gentium celeberrimis, ultro citroque datis, quæ forsitan aliquando in Lucem prodeant. Quid autem inter Nostrates optimi Censerint Judices ex sequenti Excerpto eluscescit, cujus Rei Ratio hæc erat,* viz.

Cum Dominus FLAMSTEEDIUS, *Annum circiter* M.DCC.IV, *Manuscriptorum omnium, quæ tunc habuit Prælo parata, Rationem, per Amicum quendam, Regiæ communicaverit Societati, ita oblectati sunt Societatis illius Socii, ut unanimo Consensu, Serenissimo Daniæ Principi* Georgio, *tunc temporis* Thalassiarchæ, *atque egregio Scientiarum Patrono commendaverint, tanquam Opus Ejus Favore, & Patrocinio non indignum. Quibus ille annuere non dedignatus, Epistolam Georgii Clark Armigeri (tunc Ipsius in* Foro Thalassiarchali *Secretarii) manu exaratam ad Eos dandam jussit; qua, iis quorum Nomina subscribuntur, Viris, id delegavit Negotii, ut Chartas nimirum inspicerent Flamsteedianas, atque ipsi redderent Rationem, quid in iis dignum esset quod Typis mandaretur, & quinam in eo sumptus faciendi. Cujus Mandatis Illi morem gerentes, suum hisce de rebus illico miserunt Rescriptum, Cujus Sententia sic se habet,* viz.

Hanc

Ad LECTOREM.

Hanc Observationum Seriem, omnium quæ hactenus a Quoquam sunt peractæ, copiosissimam ducimus, & perfectissimam; Et quum tam ad Astronomiæ, quam Nauticæ Artis Perfectionem, quam plurimum confert, ita si deperdita fuerit, ejusdem Jacturam, nullo modo reparandam credimus. Ut vero Opus adeo sumptuosum, e Tenebris unquam emergeret, qua Ratione fieri possit, omnino Nos latet, nisi, Tibi, Princeps Serenissime, placuerit Tuis Ipsius Impensis edere,

Sic Testantur

Celsitudinis Tuæ

Clientes quam humillime devoti

FRANCISCUS ROBERTS,
CHRISTOPHORUS WREN,
ISAACUS NEWTON,
DAVID GREGORY,
JOANNES ARBUTHNOT.

Non ita multo post redditum hoc Rescriptum, *ubi primum Chartæ parari poterant, & idoneæ imprimendi Operis iniri Rationes, feliciter inceptum est, atque Primi Voluminis Schedæ Nonaginta septem Typis mandabantur, durante Serenissimi Principis Vita, Ejusque sumptibus. At post hujusce Principis Obitum, hoc magnum Opus tantum ipsis sumptibus Flamsteedianis promovebatur, atque Ipso jam defuncto sumptibus Executorum.*

N. B. Mappæ Cœlestes sub Finem των Προλεγομένων memoratæ, sunt Numero 25 (exceptis tam Borealium quam Australium Constellationum Planisphæriis) quarum aliquæ jam sunt Sculptæ, reliquæ vero quam primum possint, finientur, atque edentur.

HISTORIÆ COELESTIS.

GULIELMI GASCOIGNII, Armigeri,

OBSERVATIONES COELESTES,

Tubis Opticis, & Micrometro a ſeipſo primum invento, *Middletoniæ*, juxta *Leodias*, in Comitatu *Eboracenſi*, habitas, ſub Latitudine 53° 41′. Ab Anno 1638 ad 1643.

Cum nonnullis etiam *Gulielmi Crabtræi* hactenus inæditis Obſervationibus Eclipſium, &c. quas ab intermptuis illorum autographis Epiſtolis deſcripſit *J. Flamſteedius*.

OBSERVATIONEM Defectûs Lunaris, viſæ decimo Die Decembris, Anni 1638, pulchrè ipſius *Gaſcoignii* manu in ſolutâ Schedâ deſcriptam, Verbis in hunc Senſum reperi:

Ventus (ſic ſcribit) vehementer ſpirans, unicam ſolummodò, è Feneſtrâ Cubiculi, Sextante haberi Obſervationem permittebat; quâ tempora ab Horologio numerata corrigerem, Hora ſcilicet 13 h. 29′ P. M. quando Lunæ capta Altitudo 56° 06′, unde Tempus deduxi 11 Min. tardiùs quam indicaverat Horologium, quo oſtendente,

	Per Horolog. h	′	Veré. h	′
Immerſio	13	13 ½	13	02 ½
Lucis primus reditus	14	50 ½	14	39 ½
Finis	15	51	15	40

Sub initio reſtitutionis Lucis, Luna erat inter antecedentem Stellarum in Pede præcedentis Gemini, & ſequentem Pedis ejuſdem; ad Auſtrum à rectâ lineâ per utraſque ductâ, quartâ, quod potui judicare, parte Diametri.

Hæc ille. Ejuſdem etiam Defectûs *Broughtonæ* juxta *Mancestriam*, à *Crabtræo* factas Obſervationes, in Epiſtolâ ad *Gaſcoignium*, datâ Martii 18, 1640-1, deſcriptas inveni.

Temp. cor. h ′ ″		° ′ ″
11 58 00	Fumus cœpit ſubobſcurus ad marginem Lunæ orientalem; deinde Nubes tenues detinuere Lunam uſque 12 h 06′, ut verum veri Defectûs initium definire non potueram.	
12 30 15	Lineæ A. B. per Cornua ductæ, ad verticalem correcta inclinatio, 15° 57′.	
12 43 40	Ejuſdem lineæ Inclinatio	24 16
12 33 15	Eclipſis cornua ad dimidiam ferè circumferentiam Lunæ	
12 35 00	Linea per cornua ducta diſtabat à limbo lucido	00 22 ½
12 52 53	Inter Cornua	00 28
12 58 30	Iſthæc diſtantia	00 23 ½
13 02 30	Obſcuritas per totam faciem Lunæ.	
13 03 30	Eclipſin putavi perfectam totius Lunæ.	
13 06 00	Non dubitavi quin tam antea Eclipſis fuerat perfecta totius Lunæ.	

Vide Fig. 1.

ANNO MDCXXXIX & XL.

Gulielmi Gaſcoignii OBSERVATIONES Cœleſtes.

Temp. cor. h ′ ″		° ′ ″
14 40 30	Luna cœpit exiguum lucis recuperare	
14 43 50	Inter cornua Eclipſis	00 23 $\frac{1}{2}$
14 48 20	Iſthæc diſtantia	00 26
14 52 50	Inclinatio lineæ A. B. per cornua ducta	12 00
15 05 10	Linea per cornua à limbo lucido	00 22 $\frac{1}{2}$
15 08 20	Inclinatio lineæ A. B. correcta	15 32
15 16 50	Umbra à limbo Lunæ lucido	00 22 $\frac{1}{2}$
15 22 30	Iſthæc diſtantia	00 24 $\frac{1}{2}$
15 25 50	Cornuum Inclinatio correcta	21 03
15 33 20	Inter cornua Intercapedo	00 20
15 36 20	Iſthæc rurſus diſtantia	00 18
15 39 00	Circiter finem veræ Eclipſis fuiſſe puto.	
15 40 00	Etiamnum exigua Obſcuritas.	
15 42 00	Ante hoc tempus omnino clara.	

Vide Fig. 2

Subjungit. Diſcrepant exiguum aliquid à Phocillide hæ Obſervationes, cum tuis perbenè congruunt; in correctione duntaxat Horologii alter noſtrum peccaverit, nullam enim Meridianorum noſtrorum diſtantiam collatæ permittunt, cum trium circiter Minutorum horariorum diſtantiæ exigunt itinerariæ; me quod attinet meaſque, ego cum momenta tum defectum quâ potui curâ & diligentiâ deſignavi: de temporum certitudine haud pauca dicere poſſum, ſed nolo de meis unquam audacter nimium pronunciare.

ECLIPSIS Solaris celebrati Maii 22, 1639, Obſervationes ſequentes, *Middletoniæ* juxta *Leodias* in Comitatu *Eboracenſi*, factas, in Epiſtolâ ad *Crabtræum*, data Decemb. 2, 1640, deſcribit *Gaſcoignius*.

Alt. ☉ ° ′	*Hor. inde ſupp.* h ′ ″	*Partes Centeſimæ Semidiam*	*Gradus Circumf. Definition*
35 35	3 51 12		
33 51	4 09 59	46	
30 47	4 30 42	106	
26 30	4 59 39	161	
25 58	5 03 15	160	
25 20	5 07 32	148	
23 23	5 20 45	120	
21 38	5 32 40	87	110
20 53	5 37 47	70	96
20 11	5 42 35	60	90
19 28	5 47 30	46	80
18 12	5 56 15	19	50
17 20	6 12 16	0	

Initium.

Creſcente Eclipſi, ab initio ſcilicet ad medium, Cœlum ſub Sole nubibus plerumque fuerat obductum; Diametrorum ratio erat ut 100 ad 92, (ſic ſcribebam) ut inter duos circulos parallelos 90 & 95 capta. Certus tamen eſſe nequeo non fuiſſe 97; nollem igitur huic plus quàm tua te ſuadebit ratio confideres: per tria puncta etiam obſervavi, ſed incommodam Methodum inveni, & incertas inde deductas proportiones inter 81 & 100. Fuiſſe tamen alteram è prioribus, & me ſcripſiſſe 92, certus ſum.

Pleiadum intermutuas diſtantias, Cochlearum ope, primum ab ipſo Teleſcopio adhibitarum, dimenſas in eadem Epiſtolâ communicavit *Crabtræo* ſuo *Gaſcoignius*: quas quando certo nulli diei conſignavit, non extra ordinem hic deſcribam.

Vide Fig. 3

	′ ″		′ ″
ab	35 01	df	38 18
ae	27 50	af	22 54
eb	19 24	cb	21
ed	25 31	ac=df	feré.
bd	22 43	dc=ab	feré.

Has

ANNO MDCXL & XLI.

Gulielmi Gaſcoignii OBSERVATIONES Cœleſtes.

Has Tubo quatuor pedum circiter ſe cepiſſe menſuras refert *Gaſcoignius*; quas tamen ſi cum recentioribus earum Obſervationibus conferes, exiguas omninò differentias reperies; eaſque Tuborum diverſis Longitudinibus, & Machinarum ipſis adhibitarum melioribus fabricis, facilè excuſandas.

ANNO 1640.

Octobris 15. Cum Azimutha Saturni erat 7° ferè à Meridie versùs Ortum, ipſe per Tubum altior apparuit, ac 26ta Aquarii, per duos vel tres Scrupulos primos; ad Occaſum à circulo verticali fixam pertranſeunte; è quâ diſtetit 25′ 09″.

Octobris 16. Saturni à fixâ diſtantiâ 25′ 36″. Fixæ tunc locus Tychonicus Aquarii 23° 46. Latitudo 2° 00 Meridionalis.

Octobris 25. Solis variis modis obſervata Semi-diameter 16′ 11″ vel 10″.

Octobris 31. Solis iterum capta Semi-diameter 16′ 11″.

Ex alia *Gaſcoignii* ad *Crabtræum* Epiſtola data Martii 22, 1640.

Decembris 2. Solis obſervata Semi-diameter 16′ 24″.

ANNO 1641.

Januarii 11, Veſperi, Lunâ tranſeunte ſupra 15 Tauri, Hora 7 51′ ½, limbus ejus inferior erat 15′ 19″ ſupra fixam, & duobus ferè ſcrupulis occidentalior. *Lunæ Centrum intelligo*; hora enim 8 03′ P. M. alto Syrio 14° 50′, Lunæ Centrum fixam prætererierat 7′. Fixæ tunc locus Tychonicus ♊ 3° 27′, Latitudo 2° 36′ ½ Meridionalis.

Februarii 9, Veſperi, Ibat Luna ſupra 13 Orionis, cujus tunc locus Tychonicus ♊ 23° 42′, Latitudo 3° 12′ ½ Meridionalis: è quâ, alto Syrio 18° 10′, *i. e.* hor. ejus limbus Borea-Zephyrus diſtabat 15′ 02″.

Horâ 8 36′ ½, alto corde Leonis 36° 40′, limbus idem Lunæ & fixa in eodem circulo verticali apparuere, diſtantes 16′ 42″.

Horâ 8 57′, alto corde Leonis 39° 24′, iſthæc diſtantia 19′ 02″.

Horâ 9 40″, alto, eodem 44° 00″, diſtantia repetita 40′ 00″, & Lunæ capta Diameter 30′ 54″.

Martii 10, Veſperi, Lunâ ſupra 13 ♊ tranſeunte, cujus tunc locus Tychonicus ♋ 13° 46′, Latitudo 5° 41′ Meridionalis, fixæ cepit.

Hora Horolog. h ′	*Correct.* h ′		′ ″
8 02	8 03½	Diſtantiam à cuſpide proximo	30 18
8 25	8 28	———————— rep.	23 59
8 40	8 44	———————— Iter.	20 19
8 59	9 05	Fixa in recta per cuſpides——	18 20
9 26	9 34	Fixa à limbo lucido——	18 20
10 20	10 32	———————— rep.	29 47

Intereà pro emendatione Horologii, ſequentes cepit altitudines cordis Leonis & Arcturi, è quibus adſcripta ſupputavi tempora.

Hora Horol. h ′		*Altitud.* ° ′	*Hora inde ſupp.* h ′
7 50	Cordis Leonis	43 48	7 49 ⅔
7 56		44 28	7 56 ⅖
8 47		48 38	8 53
10 01	Arcturi	36 48	10 15 ⅕
10 30		40 41	10 41

Quibus

ANNO MDCXLI & XLII.

Gulielmi Gaſcoignii & *Guliel. Crabtræi* Obſervationes Cœleſtes.

Quibus ſubjungit quod die ſequenti, horâ 10 horologium oſtenderat tempus 37′ ſcrupulis horariis juſto tardiùs, & Lunæ captam Semi-diametrum, 18′ 03″.

Ex Epiſtola *Crabtræi* ad Dominum *Gaſcoignium*, Maii 26, 1641.

Motus, quod ſcis macularum Solarium proximè fit Æquinoctiali Parallelus cùm maximam habeant ad Eclipticam Inclinationem, hoc accidit circa finem Novembris: difficile eſt, imò vix poſſibile ipſiſſimum diem æquilibrii determinare. *Scheinerus* habet 21 vel 22 Auguſti & Februarii; maximam Inclinationem circa 22 Maii & Novembris, Styli veteris. Attamen, quantum ego varias ipſius Obſervationes conferendo poſſum aſſequi, maximæ Inclinationes fieri videntur potiùs circa 28 Maii & Novembris; Æquilibrium circa 25 Februarii, & 28 Auguſti: Harum præciſam quantitatem definire nequeo, ſiquidem diverſa è diverſis Obſervationibus exantlatur: plurimæ tamen faciunt inter Gradua 7 & 8.

In eadem Epiſtola alibi.

Sexto Aprilis præteriti, Sol tres circiter gradus altus per tenues nubeculas nudis oculis aſpectabilis apparuit; defixis propterea ſupra trabeculam duabus acubus, normaliter ab iis receſſi donec per extimam alterius, alterius intimam marginem extremos limbi Solaris limites utrinque potui diſcernere; ibique notato oculi mei loco, ejus ab acubus diſtantiam inveni partium 2011, qualium earum Interſtitium 19 75: Soliſque propterea Diametrum apparentem 32′ 03″, Semi-diametrum 16′ 01″ $\frac{1}{2}$. Solis limbus haud admodum accuratè definitus erat, propter nubeculæ nimiam opacitatem; alioquin non inaccuratam hanc Obſervationem exiſtimâſſem.

De eadem re in ejus Reſponſo, dato Junii 22, 1641, Dominus *Gaſcoignius* hæc habet.

Nihil certius eſſe poteſt quàm Solis Semi-diametrum non variari plus 35″ ſcrupulis ſecundis ſummùm; cujus cùm huc redieris luculentiſſima videbis argumenta: Hæreo duntaxat num maxima ſit Semi-diameter 16′ 25″, vel 16′ 30″; & an minima 15′ 50″, vel 15′ 55″; cum hæ ſint quantitates tum minimæ majori vitro, tum maximæ minori. Vigiliis Pentecoſtes Veneris Diametrum obſervavi 1′ 04″ accuratiſſimè, æreis Indicibus; quam nihil à tuis & Domini *Horoccii* Obſervationibus diſſentire credo, ſi ad veram Solis Diametrum reductæ fuerint, conſiderato etiam Veneris loco, quæ non niſi poſt dies ſedecim Soli conjuncta fuerit futura.

Ex Epiſtola *Crabtræi* ad *Gaſcoignium*, Junii 22, 1642.

In Eclipſi Lunæ 4ti Aprilis præteriti, Cœlos nubes denſæ ad finem ferè ſubtegebant; iis tamen ſub exitu Lunæ aliquando dehiſcentibus.

Hora Horolog h ′	*Hora Correct.* h ′	
15 17	15 23	Ipſam per Hiatum vidi $\frac{1}{3}$ Semiperipheriæ in orâ dextrâ & inferiori deficientem.
15 19	15 25$\frac{2}{3}$	Rurſus per Nubium Hiatus apparuit obſcurata etiamnum $\frac{1}{4}$ Semicircumferentiæ.
15 22$\frac{2}{3}$	15 29$\frac{1}{3}$	Subobſcurè apparuit iterum, ſed nubibus impedita prætervolitantibus, ut vix dignoſcere potui utrum penitus umbra evaſerat necne: adhucdum tamen occidentalem limbum oppoſito obſcuriorem putabam.
15 25	15 31$\frac{2}{3}$	Ipſam rursùs per nubes conſpexi, determinare tamen non potui num ab Eclipſi libera necne; putabam potiùs tenuem manere in dextro limbo obſcuritatem, ſed de eâ certus non eram.
15 29	15 35$\frac{2}{3}$	Denique è nubibus evadens, clarior apparuit quàm antea, eratque limbus ejus perfectè nitidus.

Pro

ANNO MDCXLI & XLII.

Gulielmi Gaſcoignii OBSERVATIONES Cœleſtes.

Pro Examinatione Horologii.

Per Horolog. h ′		o ′		h ′
15 50	Altitudo lucidæ Vulturis	38 17	Hora inde ſup.	15 57
16 04	Ejuſdem Altitudo ——	39 32	Hora inde ſup.	16 10

Aprilis 5, manè, Hora 8 56′ ½ per Horologium, Altitudo vera Solis erat 34° 00′, unde Hora vera elicitur 9h 03′ ½; requiſitam ergo ſervavit conſtantiam Horologium; temporaque monſtrabat in Eclipſi 6′ ½ juſtò tardiora.

OBSERVATIONES Diametrorum LUNÆ ſequentes, ab Anno ineunte, 1641, à *Gaſcoignio* habitas, in ſoluta Scheda ipſius manu pulchrè deſcriptas reperi, ſcrupulis Gradûs centeſimis: Quibus ſexagenarios æquipollentes appoſui; quo facilior fiat earum cum Tabulis quibuſvis & Theoriis Collatio.

Anno 1641. *Menſ.*	*Die.*	☽ *Altit*	*Hora* *P. M*	*Semid.* *in Cent.*	*Semid.* *in* ′ ″
Januarii	9		6 p.m.	25 52	15 19
	10		6 p.m.	25 52	15 19
	12		6 p.m.	25 97	15 35
	13		8 p.m.	25 88	15 32
	14		6 p.m.	26 14	15 39
	16		6 p.m.	26 64	15 59
Februarii	9		8 p.m.	25 87	15 31
	11		7 p.m.	27 02	16 13
	13		7 p.m.	27 45	16 28
	16		8 p.m.	28 57	17 11
Martii	10		9 p.m.	29 13	17 29
	13		8 p.m.	27 53	16 19
Aprilis	6		10p.m	25 47	15 17
	7		9 p.m.	26 10	15 40
	9			26 80	16 05
	12	Ex.	9 p.m.	28 23	16 56
	15	Ex.	9 p.m.	28 23	16 57
Maii	13		8 p.m.	28 31	16 59
Junii	4		9 p.m.	26 23	16 44
	9		9 p.m.	27 63	16 35
	10			27 86	16 43
	11		9 p.m.	28 23	16 56
	12		9 p.m.	28 65	17 11
Julii	5		9 p.m.	26 60	15 58
	6		9 p.m.	26 91	16 09
	7		9 p.m.	27 55	16 32
	8		9 p.m.	27 96	16 46
	9		9 p.m.	28 07	16 51
Auguſti	13		9 p.m.	26 04	15 38
	14		9 p.m.	26 36	15 49
Septemb.	1		8 p.m.	26 92	16 09
	4		8 p.m.	27 34	16 24
	6		8 p.m.	27 02	16 13
	7		8 p.m.	26 60	15 58
	11		8 p.m.	25 50	15 18
	13		8 p.m.	25 02	15 01
	15		5 a.m.	25 39	15 14
	16		12p.m	25 23	15 08
	20		5 a.	25 76	15 27
Octobris	11		10 p.	24 609	14 46

Anno 1641. *Menſ.*	*Die.*	☽ *Altitudo.*	*Hora.*	*Semid.* *in Cent.*	*Semid.* *in* ′ ″
Octobris	12	31 E.	10 p.	23 973	14 23
	18		7 a.	25 560	15 20
	* 30			26 708	15 52
Novembris	2	20	5 p. Ex.	25 687	15 25
	4	30	7 p. Ex.	25 415	15 15
	5	35	p. Ex.	25 212	15 08
	9	18	p. Ex.	24 595	14 45
	12	5	p.	24 327	14 36
	13	46 ½	a. m.	24 732	14 50
	Q. 13	5 40	10 33	26 376	15 49
	20	13 44 bc.		27 139	16 17
	26	15		27 198	16 19
	29	34 40	Merid.	26 012	15 36
	30	39 40	7 27	25 683	15 25
Decembris	3	46 30	8 p.	25 065	15 02
	8	32	9 07	24 567	14 44
MDCXLII.					
Auguſti	25			25 76	15 27
	26			26 39	15 50
	27			26 65	15 59
	30	23 Ex.		27 654	16 35
	31	16		27 200	16 19
Septembris	1	13	9 08	26 446	15 42
	17	3		24 24	14 33
	19	6		25 08	15 03
	20	14 ½	7 Ex.	25 55	15 20
	24	22 E.		27 552	16 32
	26	22 ½	7 50	27 347	16 24
	27	39 W.	1 30	27 886	16 44
	28	12 E.	7 35	26 916	16 09
	29	18 40 E.		26 433	15 52
	30	22 20 W.	9 40	26 148	15 41
Octobris	1	26 E.	10 47	26 745	16 03
	7	46 20		23 94	14 22
	8		4 47	25 107	15 04
Decembris	23	18	5 p.	24 67	14 48
	24	48	9 p.	24 24	19 33
	26	31	9 p.	23 85	14 19
	28	17	7 a.	23 61	14 10
	29	13	9 p.	23 59	14 09

JOHANNIS FLAMSTEEDII, *Derbiensis*,

OBSERVATIONES COELESTES,

DERBIÆ habitæ sub Latitudine 52° 58′

Ab Anno 1668, ad Annum 1674, completum.

ANNO MDCLXVIII.

Octobris 25 ☉.

DEFICIENTE Sole circa Meridiem, ejus Speciem per Telescopium in Scenam recepi, sub obscuro Tecto, quà Diameter ejus quatuor fere Digitos Pedis Anglicani, lata apparuit; hanc per sex Circulos concentricos in duodecem Digitos, & unumquemque similiter Digitum in quinas bene distinctas partes divisi. Ipsum Initium Nubes abstulêre, e quibus tamen paulò postea Sol emersit, sextâ parte Digiti unius in ejus Limbo deficiente, tunc cœptum numerare Vibrationes perpendiculi quarum 1485 compositæ unius Horæ Spatio peragebantur, deinceps observati,

Vibr. Comp	*Hora deducta* h ′	*Digit Defic*
0	11 01	0 $\frac{1}{6}$
156	11 08	1
792	11 33	4 $\frac{1}{5}$
1200	11 49$\frac{1}{2}$	6
1480	12 02	6 $\frac{2}{5}$

Jamque, vel paulò citiùs, Solis Limbus Orientalis transierat Meridianum, unde Phasium reliquarum deprompsi tempora.

Vide Fig. 4.

Post 10′ vel 12′ scrupula horaria, Digiti deficientes fuere saltem 6 $\frac{4}{5}$, certe non plures Digitis 7.

Ab hac Phasi Nubes densiores Solem excepêre, sub quibus dilituit usque ad finem fere Defectûs; eo tamen imminente rursus in clarum prodibat, ipsumque exitum Lunæ distincte notavimus, Hora 1 24′ $\frac{1}{2}$ post Meridiem.

Wingfeldiæ, novem circiter Milliaria à *Derbia*, Boream versùs, Amicus meus familiaris, *Imanuel Haltonus*, Armiger, Matheseos omnis admodum peritus, Initium notavit Hora 11 1′ mané. *Codnoræ*, duo ad Austrum à *Wingfeldia* Milliaria, unum Digitum deficientem vidit Cognatus meus, D. *Willson*, Hora 11 7′, mane; finem Hora 1 26′, P. M. quem rotunde tantum definit Dom. *Haltonus*, *sesquihoram circiter post Meridiem*, ego supputaveram antea e Tabulis,

	Carolinis. h ′ ″		*Philolaicis.* h ′ ″
Initium	11 13 09	Mané.	11 24 33
Maxim. Obscur.	0 21 16	P. M.	0 36 13
Visibilem ☌	0 29 49	P. M.	0 44 13
Finem	1 29 25	P. M.	1 48 11
	Digit. in max. Obs. — 6 24 $\frac{2}{5}$		Digit. — 6 42

Omnes scilicet Phases, per utrumque Calculum, longe seriores quam cælitus apparuêre.

Luna

ANNO MDCLXXI.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

Maii 6 ☿ Veſperi.

Lunæ tegebat 38 Leonis (cujus locus Tychonicus tunc ♍ 9° 56′, Latitudo 1° 20′ ½ Bor.) alto Jove 32° 52′ ad Occaſum, unde Horam deduxi 9 16′ ½, P.M. fixâ Lunam ſubitura altior apparuit infimâ margine Propontidis; ejus ab ea emerſionem non conſpexi, ſed priuſquam ad maculæ Caſpiæ Latitudinem à Limbo Lunæ ſeparata fuerat, vidi Fixam, & Altitudinem Limbi ſupremi Lunæ cepi 31° 54′, quo depreſſior Fixa erat 7′ vel 8′ Scrupulis, Hora ergo 10 24′ ½: Ad Jovem deinde verſo Tubo, ejus etiam cœpi Altitudinem 22° 36′, unde Hora deducitur 10 25′.

Septemb. 8 ♀ris Veſperi.

Hora 7, Luna, in Umbris Terræ penitùs immerſa, ſanguinei & cinericii Coloris apparuit, obſcurior tamen ab occidentali Margine; Initium ipſius Emerſionis, aliis intentus, non conſpexi; ſed deinceps notavi,

h	′	
7	20	Pars ſexta circiter Peripheriæ illuſtrata.
7	26	Pars tertia ejuſdem recuperata.
7	43	Dimidium lucidum.
8	07	Caſpia retecta.
8	11	Finis.

Tempora cœpi ope minuſculi Horologii, ſingulos Horæ Scrupulos primos indicantis, ab Altitudinibus Lunæ (Quadrante novem tantum Digitorum Radio captis) correcti, quibus propterea minùs fidere velim; ni aliis à Dom. *Haltono*, *Wingfeldiæ*; & *Londini* à Dom. *Hookio*, habitis Obſervationibus, eſſent utique conformes. *Wingfeldiæ*, ut ad me, Octobr. 9, 1671, Literis datis, ſcribit D. *Haltonus*, obſervata,

h	′	
7	12	Prima Lux.
7	41 ½	Lucidum.
7	54 ½	Peripheriæ adhuc obſcura.
8	02 ½	Ejuſdem.
8	11	Tota lucida.

Octobris 17 ♂tis

Tubo longiori Pedum 14, Saturni Anſulæ haud adeò diſtinctè videbantur, ut Noctibus Dierum aliquorum præcedentium, (etiamſi Aër, ni fallor, haud paulò exſtiterit ſerenior) ſed exiles valde & tenues; ut etiam Noctibus Dierum 21 & 22 ſequentibus; adeò, ut niſi de iis mihi antea innotuiſſet, pro Radiis duntaxat Spuriis, à Vitro vel Aëre minùs rectè conſtituto, prognatis forſan habuiſſem.

Anſam, quæ ad dextram, alterâ lucidiorem & magis evidentem aliquando exiſtimabam.

22 ☿ Mané. *Vide Fig.* 5

Hora 6 43′ (alto Jove 39° 30′) omnes quatuor Satellites ad ſiniſtram ab ipſo, ut in quinta Figura apparuêre; intimus nimirum unum tantùm Diametrum à Limbo ejus diſtans, proximus ſeſquidiametrum ab hoc, vel 2 ½ Diam. à Limbo Jovis, ſub quo, in Linea Viæ Satellitum perpendiculari, alter apparuit, Semidiametrum ab eo diſſitus. Remotiſſimi à Limbo Jovis remotiore Micrometro cœpi Diſtantiam 1257 = 7′ 31″. Ad Dextram Planetæ Fixa *f* apparuit, cujus à Limbo ejus remotiſſimo capta Diſtantia 580 = 3′ 28″, major quæ fuit & lucidior quovis Satellitum.

Jovis capta etiam Diameter 100 = 36″; ergo *a l* 34″, *l b* 1′ 30″, *b c* 18″, *m d* 7′ 31″, *l f* 3′ 29″, *l d* 11 ½ Diam.

Novembr. 6 ☽

Hora 4 46′, P. M. altâ *f* Pleiadum 7° 45′, Tubo minori, cujus tunc Longitudo 86 $\frac{1}{10}$ Polluces Pedis Anglicani, Diſtantia Limbi Lunæ proximi, à media & lucida Pleiadum capta 4516 = 51′ 21″.

Hora

ANNO MDCLXXI.

Johannis Flamſteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

Novembr. 6 ☽ — Hora 5 10′, P. M. alta eadem Fixa 10° 30′, Tubi Longitudo 85 $\frac{7}{10}$ Poll. iſthæc Diſtantia repetita erat 5436 = 1° 02′ 11″.
Lunæ Semidiameter Horizontalis é variis ejuſdem Noctis Obſervationibus rite perpenſis prodit 16′ 57″, propterea Diſtantia Centri Lunæ à lucidiſſima Pleiadum, Hora 4 46′, P. M. erat 1° 08′ 18″; ſed Hora 5 10′, erat 1° 17′ 08″.

7 ♂tis — Hora Mane, alto Jove 35° 15′, omnes quatuor Satellites apparuêre; duo ſcilicet ad dextram Jovis, totidemque ad ſiniſtram; quorum qui ad dextram, duas circiter Joviales Diametros ab invicem diſtabant, & eorum qui Limbo proximus, tantum fere ab ipſo. Intimus ad dextram Semidiametrum duntaxat à Limbo aberrat, remotiſſimi Diſtantiam à Limbo remotiori Jovis Dimenſus ſum 1246 = 7′ 25″; ab extimo verò, ad ſiniſtram, Satellite 1706 = 10′ 12″. Hora 6 14′, alto Jove 41° 06′, vel citiùs, Satellites a in umbram Jovis ſeipſum condiderat; Immerſionem ejus, aliis intentus, non notavi.

10 ♀ris — Satellites, ut in ſeptimâ Figurâ, vidi diſpoſitas, tunc menſuratæ Diſtantiæ, Hora 5 27′ mane, alto Jove 38°.

		′	″
d c	1217 =	7	16
l c	787 =	4	42
m d	498 =	2	59

Deinde Hora 6 30′, alto Jove 42° 30′.

d b	1130 =	6	45
l c	755 =	4	31
m d	495 =	2	58

Vide Fig. 7

Nocte ſequente, Saturni anſatum Sidus per Tubum ad dextram apparuit lineæ rectæ ductæ per 25am & 26am Aquarii; illius Locus tunc Tychonicus Piſcium 12° 37′, Latitudo 1° 00′ Meridionalis; hujus veró Locus Piſcium 12° 32′, Latitudo etiam Meridionalis 2° 49′: Tubi tunc Longitudo 85 $\frac{8}{10}$, per quem ejus à 26a Diſtantia capta 3758 = 43′ 00″, & à 25a 6171 = 1° 10′ $\frac{1}{2}$ Heckeri Ephemerides ad hoc Tempus Planetam exhibent in Piſcium 13° 04′, cum Latitudine Auſtrali 2° 11′, longe ſcilicet promotiorem quam Obſervatio ipſum óſtendit.

Vide Fig. 8

Decemb. 4 ☽ — Paulo ante Solis Exortum, Veneris Sidus longiori Tubo conſideratum, ejuſdem fere Magnitudinis & Figuræ apparuit, quam exhibui; ejus capta Diameter erat 168 = 1′ 00″, cujus Pars ſexta circiter illuſtrata. Apertura ſuper Vitrum objectivum erat $\frac{3}{4}$ unius Digiti, per quam Limbus Planetæ exterior ſatis bene definitus apparuit; interior vero (lucis terminus) inæqualis, turbidus & ſcabroſus, Cuſpideſque aliquantulùm obtuſæ.

Vide Fig. 9

6 ☿rii Mané. — Altâ Venere 13° 34′, vel paulo antea, Mars diſtabat à Lance Libræ Auſtrali 3765 = 22′ 37″, quâ humilior apparuit, dimidio circiter ejuſdem Diſtantiæ; deinde hujus Altitudinem cœpi 19° 12′, Lancis auſtrinæ nunc Locus Scorpii 10° 29′, Latitudo 0° 26′ Bor. Martis in Ephimeride Heckeri Latitudo 0° 43′ Bor. cujus ergo Locus, in Conſequentia, Fixæ.

Vide Fig. 10

ANNO MDCLXXII.

Januarii 1 ☽ Veſperi — Majori Tubo cui Aperturam unius ſolummodo Digiti lentem ocularem, Radios ad ſecundum ab eo Digitum colligentem adeptâram; Saturni Sidus inſpectum, diſtinctè admodùm rotundum nec Anſis ullis (quoad cernere potuerim) ſtipatum apparuit; ſed

ANNO MDCLXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

♃ recens exortus iiſdem Vitris conſideratus, Radiorum Capillitio turbide vibrantium circundatus; omnes vero ejus Satellites ad dextram ab eo, ſat bene videbantur, extimus non plus 4 aut 5 Diametros ab eo diſtans, intimus vix unius dimidium à Limbo ejus remotus.

Februarii 1 ☿rii — *Vide Fig. 11*

Circa 8h P. M. omnes 4 Satellites, ut in undecima Figura, circa Jovem apparuêre, è quibus primum, qui proximus à Leva ſtabat, in Umbram Jovis inceſſurum; tertium, qui ad dextram ſolus, ſub ejus faciem tranſiturum inveni (per Numeros clariſſimi Caſſini) ante Horam undecimam: præſtolavi propterea Eclipſin primi quæ tunc accidebat, cum ♃ altus erat 32° 20′, i. e. Hora 10 36′, P. M. $\frac{1}{6}$ circiter Diametri Jovialis, à Limbo ejus ad punctum *b*, Hora 10 38′, alto Jove 32° 50′, certe non apparuit. Deinceps, Hora 10 52′, alto eo 34° 20′, tertius diſtabat $\frac{1}{8}$ Diametri à Limbo ejus, adeò ut Linea ducta ab hoc, Lineæ Satellitum perpendicularis, Jovis Limbum accuratè tangeret, quoad potui conjicére, erat nunc infra Zonam latam apparenter, & $\frac{1}{3}$ Quadrantis Peripheriæ ab Interſectione Viæ Satellitum cum Limbo Jovis ad punctum a.

Februarii 16 ♀s — *Vide Fig. 12*

Cœlo ſereno, majori Tubo longo tunc Digitos 164 $\frac{2}{10}$ Jovis Sidus aberrat à 24ª Leonis dimidium circiter Lunaris Diametri, oculari per Tubum eſtimatione; Fixæ tunc Locus Tychonicus ♍ 14° 08′, Latitudo 1° 40′ Bor. Alto Jove 13°, Diſtantia Limbi Jovis remotiſſimi à Fixa erat 2815 = 16′ 54″; & rurſus, alto Jove 18° 10′, i. e. Hor. 7 44′, iſthæc Diſtantia 2821 = 16′ 56″, & Differentia Altitudinum Limbi Jovis apparenter inferioris, & Fixæ 125 = 45″, hanc tamen potius juſto majorem fuiſſe menſuram exiſtimo, ſed non audeo aſſerere, quippe vibrabat admodum Planeta, & Limbus ejus vix ſatis terſus apparuit; tres tantùm prope ipſum hâc vice ♃ habuit Satellites, quartus ſub ejus Facie, ut Numeri oſtendunt Caſſiniani, latitabat.

17 ♄i Veſperi — *Vide Fig. 13*

Cœlo ſereno.	♃is *Alt.*	*Hor. ſup.*	
	° ′	h ′	° ″
	11 54	7 10	♃s Di. 125 = 00 46
	14 10	7 14	♃f 3690 = 22 10
	15 54	7 25	f a 1505 = 09 03
	17 30	7 36 $\frac{1}{3}$	♃f 3700 = 22 13
	29 22	8 59	vel uno forſan citiùs ſcrupulo horario. Satelles Jovis primus qui ad ſiniſtram apparuit, paulo ſupra Viam Satellitum, ſed plus à Zona inferiori, diſparuit; adeo Jovi propinquus ut Diſtantiam definire non potueram.
	30 20	9 07 $\frac{2}{3}$	♃f 3755 = 22 32

18 ☉is Veſperi.

♃ f eſt Diſtantia Limbi remotioris Planetæ à Fixa; f a, Differentia Altitudinum Limbi ejus inferioris & Fixæ.

♃is *Alt.*	*Hor. ſup.*	
° ′	h ′	° ″
11 24		♃f 4770 = 21 50
12 00	6 59 $\frac{3}{4}$	f a 2770 = circiter forſan unâ Cochleæ revolutione.

vel 20″ major eſſe debuit; etenim tum hâc, tum præcedente Nocte, cum Differentias Altitudinum Limbi Jovis, & Fixæ caperem, erat ille extra Indicis Extenſionem; ſed exiguum aliquid duntaxat veſperâ Diei 17, cujus propterea Obſervationem certiorem exiſtimo.

Ab

ANNO MDCLXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

Ab his Observationibus supputavi,

Februarii D. h ′	*Ang. Circ. Vert&Ecl.* ° ′	♃ *in Ant.* ✳ *α.* ′ ″	*Cum Lat. minori.* ′ ″	♃^is *Locum* ♍ ° ′ ″	*Latitudinem Bor.* ° ′ ″
16 07 44	59 18	9 16	13 30	13 58 00	1 26 30
17 07 25	59 45	17 25	13 14	13 49 54	1 26 46
18 07 00	60 05	25 12	12 45	13 42 04	1 27 15

Locus Jovis in Ephemeride Heckeri, Feb. 16, Hora 7 44′, erat 13° 45′ ♍, cum Latitudine Sept. 1° 29, nimirum ab Observatione in Longitudine deficiens 13 Min. quam in Latitudine excedit 2′ ½.

At D. Streetio Fixæ Locus tunc in ♍ 14° 03′ 54″, cui propterea Planeta esset in ♍ 13° 54′ 38″. Calculo tamen à Tabulis ejus Carolinis Planeta reperitur in ♍ 13° 48′ 39″, cum Latitudine boreali 1° 29′ 31″. A Cœlis in Longitudine deficiens 5′ 59″, quos in Latitudine exuperat 3 Min. si Fixæ restitutioni Tychonicæ fidendum sit.

23 ♀^ris — Hora 11 19′ ½, P. M. altâ occidentali Pleiadum b, 9° 50′, ejusdem capta Distantia à Cuspide Lunæ proximo 1995 = 11′ 58″; divertens deinde ad Stellæ Altitudinem (ostensam Quadrante 20 Dig. Radio ad Tubi latus affixo) notandum, & continuo reversus, Stellam (quippe tunc à Luna tectam) non comperi; interea Luna descenderat Minuta 10, simulque tantundem Fixa, quam subiisse Lunam Hor. 11 20′ ½ ex sequenti Phasi colligo; etenim alta Fixa e 8° 43′, i. e. Hora 11 30′ Luna tegebat Stellam c Pleiadum, cujus à Cuspide Lunæ proximo tunc erat Distantia 2765 = 16′ 35″. Intervallum Temporis inter hujus & præcedentis Occultationes calculo repertum 9′ 27″, quod Tempori hujus Phasis sublatum dat præcedentis, ut supra, constitutam Immersionem. Hora 11 37′, altâ Fixâ e Pleiadum 7° 46′ ipsa Lunam subibat à Cornu Lunæ superiori apparenter, inferiori verè distans 3765 = 22′ 36″: unde visibilem Centri Lunæ Locum ad hoc Momentum colligo ♉ 24° 49′ 35″, cum Latitudine Septentrionali 4° 19′ 32″; sed admissa Æquinoctiorum annua Recessione Streetianâ in ♉ 24° 45′ 06″: Locus autem Lunæ à Tabulis Carolinis deductus erit ♉ 25° 00′ 00″, cum Latitudine 4° 18′ 26″, justo scilicet promotior 14′ 54″; cum majori observatâ Latitudine 1 Min. Vide Epil. ad Tab. Horroccii, pag. 493; & Acta Philos. pag. 5034 & 5035. *Vide Fig.* 14

Martii 4 ☾ Vesp. — Circa 10^h ½, P. M. Luna juxta editas Conjecturas transitura erat 23′ supra 35^am ♍, cujus Locus Tychonicus tunc ♎ 11° 38 ½, Latitudo 3° 23′ Austr. Hora 11° 01′ ½, alta Fixa 24° 46°, ipsa distabat à proximo margine Lunæ 2555 = 15′ 20″, cujus superior Margo in eadem ferè Altitudine cum fixa fuit, deinde alta Fixa 26° 20′, Lunæ Limbus proximus à Fixa iterum distabat 2725 = 16′ 21″; sed hæc Altitudo tempori indigitando non omnino commoda, quippe Fixa jam haud procul aberrat à Meridiano; in præcedenti Annotatione, propter latiorem Limbi Lunæ à Fixa Distantiam, num in eadem Altitudine cum Fixa fuit, vel paulo altior aut depressior determinare non potueram; certe tamen in eadem Altitudine fuit quam proxime. Lunæ paulo ante primam Animadversionem capta Diameter 5157 = 30′ 57″. *Vide Fig.* 15

15 ♀^ris Vesperi. — Jove retrogrado per 38^am Leonis revertente, cujus Locus Tychonicus ♍ 9° 57 ½, Latitudo Borealis 1° 20′ ½, alto eo 32° 52′, i. e. Hora 7 25′, Limbus Jovis remotissimus à Fixa distabat 5702 = 34′ 03″, eratque Differentia Altitudinum Limbi Jovis superioris & Fixæ 3450 = 20′ 35″. Sed de hac Mensura omnino certus esse non poteram; etenim cum Instrumentum adeo disposuissem, ut Indiculorum Margines essent Horizonti paralleli, si alter Fixam tangeret, Planeta extra Extensionem alterius extaret aliquantulum; duo duntaxat Satellites, primus scilicet & secundus circa Jovem hâc *Vide Fig.* 16

vice

ANNO MDCLXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

vice conspiciebantur, aliis duobus sub ipso latentibus. Advertendum præterea, quod neque hâc neque hesternâ Nocte Fixam nudis Oculis reperire potui, quæ per Telescopium valde clare videbatur.

Vide Fig. 17

Martii 16 ♄ni

Nocte sequenti, alto Jove 36° 00′, i. e. Hora 7 48′ P. M. ipsius Limbus remotior à Fixa distabat 4585 = 27′ 22″, eratque Differentia Altitudinum Centri Jovis & Fixæ 2675 = 16′ 00″. Hanc præcisiorem Observationem existimo quam quæ heri facta fuit. Jovis Altitudo capta fuit Quadrante minori 8 Digitorum quoad Radium.

Vide Fig. 18

19 ♂is Vesperi

♃ *Alt.* ° ′	*Hor. sup* h ′			′ ″
29 35	6 45	f a	438 =	2 36
30 35	6 52	f a	428 =	2 33
31 00	6 55$\frac{1}{2}$	♃ f	1788 =	10 41
32 14	7 05	f a	366 =	1 59
33 00	7 11	♃ 4	1601 =	9 34
33 52	7 17	4 f	1243 =	7 26
34 10	7 20$\frac{1}{2}$	f a	248 =	1 29
34 45	7 25$\frac{1}{2}$	f a	222 =	1 22
36 00	7 36	♃ f	1778 =	10 37

Tres interea circa Jovem apparuere Satellites, quorum unus erat ad lævam ipsius, duo ad dextram; horum extimus duas ferè ♃les Diametros à Limbo ejus distabat, alter ipsi jam appropinquabat, ut,

♃ *Alt.* ° ′	*Hor. sup* ° ′	
37 08	7 46	Putabam Limbum Jovis tangere.
37 30	7 49	Dubitavi an videbam necne.
37 40	7 50$\frac{1}{2}$	Certe diutius videre non potui, jamque Fixa erat in eadem Altitudine cum Limbo Jovis superiori.
43 30	8 56	Fixa altior erat Limbo Jovis 158 = 0′ 57″, & Jovis f 1718 = 10′ 15″; jam primus Satelles apparuit, imam ejus Semidiametrum à Limbo ad dextram ipsius.

20 ☿ii Vesperi.

Melius præparato Micrometro, sequentes habitæ Observationes nonnihil credo præcedentibus accuratiores.

Vide Fig. 19

♃ *Alt.* ° ′	*Hor. sup* h ′			′ ″
30 00	6 44 $\frac{1}{3}$	f a	432 =	2 35
30 47	6 51	f a	434 =	2 36
32 00	6 59 $\frac{1}{2}$	♃ f	1228 =	7 21
38 30	7 54 $\frac{3}{4}$	f a	603 =	3 36
40 20	8 03	Satelles $\frac{1}{3}$ Diam. apparuit à Limbo Jovis.		
40 50		f a	680 =	4 04
		♃ f	1243 =	7 26
		♃	128 =	0 46

Angulus Circuli verticalis in Fixam incidentis cum Ecliptica, Hora 6 51′, P. M. erat 35° 39′. Statuo tunc Distantiam Centri Jovis à Fixa 7′ 00″, & Differentiam Altitudinum ejusdem & Fixæ 2′ 14″; unde Locum Planetæ colligo 2′ 03″ in Consequentia Fixæ, cum majori Latitudine 6′ 42″. Locus Fixæ Tychonicus tunc mihi ♍ 9° 57′ 20″, Latitudo 1° 20′ $\frac{1}{2}$ Sept. Jovis ergo Locus ♍ 9° 59′ 23″, cum Latitudine 1° 27′ 12″, qui in Ephimeride Heckeri est ♍ 9° 49′, cum Latitudine 1° 29′, aberrans in Longitudine 13 Min. in Latitudine 2′.

Equi-

ANNO MDCLXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

Equinoctiorum annua Receſſio D. Streetio 48″, Fixæ ergo huic Locus ♍ 9° 54′ 00″, & Jovis ♍ 9° 56′ 03″, qui calculo à Tabulis Carolinis reperitur in ♍ 9° 50′ 00″, tum Latitudine Boreali 1° 28′ 57″, in Antecedentiâ Loci obſervati 6′ 03″, cum majori Latitudine 1′ 45″.

Martii 27 ☿ ii — Circa Horam 8, P. M. alto Jove 41° ½, quartus Jovis Satelles aberat à Limbo ejus remotiori 1591 = 9′ 30″, à citeriore verò 1463 = 8′ 42″. Jovis ſemel capta Diameter 130 = 46″, hanc tamen Menſuram juſtò latiorem exiſtimabam; deinceps ſæpius habui 128 = 45″ ½ hujus ergo Satellitis apparens Elongatio à Centro Jovis in ipſius Semidiametris 23 ſd. 51′: Motus ejus à Jove, ſecundùm D^ni^ Caſſini Numeros, Hora 8, erat 2 s. 19° 35′; at juxta alios D^ni^ Towneleii, 2 s. 20° 20′, aberat ergo etiamnum Satelles à ſumma ejus Elongatione 24′ ſcrupulis ſexagenariis Semidiametri, quæ propterea eſſet 24 ſd. 15′, hanc Caſſinus ſtatuit 23, ſed D. Townleius 24 $\frac{14}{15}$ Semidiametros Joviales. *Vide Fig.* 20

28 ♃ is — Nocte ſequente, Hora . . . . alto Jove 40°, Satelles idem aberat à Limbo ejus proximo 1473 = 8′ 45″, à remotiſſimo verò 1598 = 9′ 32″, cujus propterea apparens Elongatio à Centro Jovis Semidiam. ipſius 23 ſd. 58′. Motus Satellitis à Jove, ſecundum Cl. Caſſini Numeros tunc erat 3 s. 11° 13′, & propterea extima eſſet Elongatio 24 ſd. 24′.

Maii 13 ☽ — Poſt mediam Noctem ſequentem Martis Sidus obſervatum à 16^a^ ♒, cujus Locus Tychonicus tunc ♒ 24° 12′ ½ Latitudo Auſtralis 2° 00′.

Vide Fig. 21

*Alto ♂^te^* ° ′	*Hor. ſup.* h ′	
9 49	14 29 ½	♂ f 4068 = 24′ 17″, ſcilicet intra Limbum proximum Planetæ & Fixam, cum quâ jam erat in eodem Circulo verticali.
11 12	14 44	♂ f 4088 = 24 24
12 00	14 51	Planeta deceſſerat à Circulo verticali ad dextram, eratque Azimutharum ipſius & Fixæ in eâ Altitudine Diſtantia 178 = 1′ 03″. Fixam nudis Oculis percipere non potui, nec niſi obſcurè bipedali Tubo.

Hora 14 29′, Angulus Circuli verticalis per Fixam deſcendentis cum Eclipticâ Calculo inventus 82° 26; ergo Fixa in Antecedentiâ Planetæ 3′ 11″, cum minori Latitudine Auſtrali 24′ 04″, & Planetæ Locus 24° 15′ 40″ Aquarii, cum Latitudine Meridionali 2° 24′ 04″.

Locus ejus in Ephemeride Heckeri Aquarius 24° 11′, cum Latitudine 2′ 26″, ab obſervatâ Longitudine deficiens 4 Min. Latitudinem exuperans obſervatam 2 Min.

Aſſumptâ tamen Equinoctiorum Receſſione Carolinâ, Planeta reperitur in Aquario 24° 12′ 17″; ſed è Tabulis Carolinis ejus locus ſupputatus ♒ 24° 17′ 22″, cum Latitudine Auſtrali 2° 27′ 29″, promotior in Longitudine quàm obſervatus fuerit 5′ 05″, cum majori Latitudine 3′ 05″.

24 ♀ tis — Redeunte Jovis Sidere ad 38^am^ Leonis, cujus Locus Tychonicus nunc ♍ 9° 57′ 20″, cum Latitudine 1° 20 ½ Boreali, Hora 10 00′ ½, alto Jove 24° 42′, Limbus ejus remotiſſimus à Fixâ diſtare viſus 3385 = 20′ 12″; & Hora 10 05′, alto ipſo 24° 10′, Differentia Altitudinum Limbi Jovis ſuperioris & Fixæ capta 1351 = 8′ 03″, & Limbi ejus remotiſſimi à Fixa iterum Diſtantia 3368 = 20′ 06″, Satellites ut in Figura circa ipſum diſpoſiti apparuere, & in Linea horum Viæ perpendiculari ſupra extimum ad ſiniſtram, Fixula g, 13′ à Jove, & 9′ circiter à Satellite diſtans. *Vide Fig.* 22

ANNO MDCLXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleftes.

	Date	♃e Alt. ° ′	Hor. fup ° ′		′ ″
Vide Fig. 23	Maii 26 ☉is Vefp.	33 30	8 46	♃ f 1730 =	10 19
		31 50	9 00	f a 1138 =	6 47
		29 10	9 20	f a 1158 =	6 36
		27 20	9 33	♃ a 1273 =	7 35
		27 00	9 36	♃ f 1721 =	10 17
Vide Fig. 24	27 ☽ Vefperi.	31 24	8 59	♃ f 1058 =	6 19
		31 30	9 07	f a 359 =	2 08
		29 13	9 16	f a 369 =	2 10
		28 10	9 23	♃ f 1057 =	6 18
Vide Fig. 25	28 ♂is Vefperi.	31 08	8 57	♃ f 1058 =	6 18
		28 10	9 19	f a 634 =	3 47
		26 30	9 31	f a 642 =	3 50
		26 10	9 34	♃ f 1060 =	6 20

30 ♃is (*Vide Fig.* 26) Alto Jove 26° ½, i. e. Hora 9 30′ ♃ f erat 2652 = 15′ 58″, Fixa jam altior apparuit quàm Planetâ, inter cujus Limbum remotiffimum & ipfam omnes cum Diftantiæ ♃ f, tum Altitudinum Differentiæ f a captæ fuere. Jovis capta Diameter 108 = 39″, quamobrem Partes 54 = 19″ ½ ab obfervatis Menfuris ubique fubducendæ ut Centri Jovis à Fixa Diftantiæ, & ab eâ Altitudinum Differentiæ haberi poffint; notandum præterea quod evidentiæ caufa Planetæ Diametrum duplo majorem jufto in his Figuris ubique defcripfi.

Ad Diem 27um Hora 9 07′, P. M. ab his Animadverfionibus Diftantiam Centri Jovis à Fixa ftatuo 6′ 00″, & Azimutharum Intercapedinem 1′ 50″, Anguli Parallactici complementum Calculo tunc inveni 79° 49″, & propterea Planetam in Antecedentiâ Fixæ 2′ 50″, cum minori Latitudine 5′ 18″; Fixæ ergo ut fupra, conftitutis Loco & Latitudine, tenebit Planeta ♍ 9° 54′ 40″, cum Latitudine Sept. 1° 15′ 11″.

Locus ejus in Ephemeride Heckeri nunc ♍ 9° 43′ ½, Latitudo 1° 17′ Septent. aberrans in Longitudine 11 Minuta, in Latitudine 2′.

Sed Fixæ Locus D. Streetio ♍ 9° 54′ 09″, & Planetæ propterea ♍ 9° 51′ 19″; at è fuis Tabulis tunc fupputatus ♍ 9° 46′ 28″, cum Latitudine Sept. 1° 16′ 28″, aberrans nimirum in Longitudine 4′ 51″, in Latitudine 1′ 17″.

Junii 16 ☉is Poft mediam Noctem fequentem, ♂tis Sidere ad 27am & 28am ♒ii appropinquante (quarum præcedens tenet ♓ium 11° 44′, cum Latitudine Auftrali 3° 58′ ½, fequens verò ♓ 12° 12′, cum Latitudine 4° 10′ ½ etiam Meridionali) altâ Fixâ 22° 20′, i. e. Hora 14 47′, ejus capta Diftantia à præcedenti Fixarum 3078 = 18′ 21″, quâ altior apparuit unum faltem fcrupulum, fed non plus duobus oculari per Tubum æftimatione. Nubes enim Planetam fubtercurrentes juftiorem Menfuram capi prohibuere.

17 ☽ Poft mediam Noctem fequentem, frequentes fuere Nubeculæ & Vapores tenues fub Cœlis, per quos Planeta obfervatus erat à fequenti Fixarum.

	Altâ ✱a ° ′	Hor. fup ° ′		′ ″
Vide Fig. 27	12 06	13 01	♂ f 3975 =	23 44
	15 58	13 34½	♂ a 2728 =	16 17
	16 20	13 58	f a 2813 =	16 48

Denfiores

ANNO MDCLXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

Junii 17 ☽

Densiores Nubes succedentes, Fixarum capi Intercapedinem aut Martis Diametrum non permisere, hanc tamen fuisse 20″ existimo: Si aliqua prodibit Differentia inter Locos Martis, ab observata Distantia, cum Altitudinum Differentia & Azimutharum supputatos, illi potius qui ab Altitudinum Differentia eruetur fidendum duco, quoniam ejus, ni fallor, certior erat Mensura. Hesternæ Noctis Observationes Erronis Locum optimè possint ostendere, hujus Latitudinem.

Inspecto deinde eodem Tubo Saturni Sidere, protuberans aliquid ad utrumque ejus latus potui percipere; sed vix adeo clarè & distinctè ut in vespertinis Decembris præteriti Observationibus, vel propter Aeris vapores, vel nascentis Diei lucem.

Augusti 8 ♃ⁱˢ Vesp.

Interstitium captum inter 27ᵃᵐ & 28ᵃᵐ Aquarii, prope quas Martis Sidus transierat Die 17 & 18 Die Junii præteriti) erat 5435 = 32′ 11″, & 28ᵃ à 29ᵃ, 5010 = 29′ 39″; sed hanc credo à Refractionibus justo arctiorem exhibitam Intercapedinem; deinceps enim, cum plus ab Horizonte elevarentur, semper latiorem habui.

29 ♃ⁱˢ

Martis Acronici in ♓ 17 Diameter pluribus & sæpe repetitis Experementis inventa 92 = 33″.

Septemb. 2 ☽

Martis iterum Diameter 93 = 33″, & Saturni (Orbis scilicet ipsius) 69 = 25″; sed hujus potius nimiam fuisse Mensuram metuo.

16 ☽

Hujus Diei Vespera Observationes ordiri instituerain, quas pro Parallaxi Martis investiganda designâssem, cujusque in Gratiam, accuratum Ephemerida, cum Locum ipsius tum Latitudinem ad Horam 8ᵃᵐ cujusque Diei à 15° hujus Mensis, ad 3ᵘᵐ Octobris ostendentem (à D. Oldenburgo Actis ejus Philos. num. 86, pag. 5041, cum Monito meo hujus Opportunitatis insertum) è Tabulis Carolinis supputaveram: Patris tamen Negotiis aliquibus reposcentibus, hoc ipso Die iter suscipere in Comitatum Lancastriæ coactus fui. Verebar profectò ne hic Casus omnem mihi Laborem & Spes irritas redderet; sed meis conatibus non omnino aversi Cœli, in Domus Amici mei generosissimi R. Townleii (Micrometri quod ab eo Towneleianum appellamus authore, omnisque Matheseos peritissimi) divertere permisere. Towneleium veni Septembris 18, ubi eadem ipsa vespera adfui, dum D. Petrus Giffordus, ipsi qui à Domesticis, dimensus est

18 ☿ʳⁱⁱ				′	″
Hora 11 00′	♂ S	1705	=	23	35
	♂ A	1500	=	20	45
	A S	2219	=	30	41

Vide Fig. 8

21 ♄ⁱ

Hora 6 45′, minori Tubo longo tunc Dig. 73 ⁴⁄₁₀, Planeta altior apparuit, ac 26ᵃ S. ut in Figura, ejusque Limbus remotior à Fixa aberat 187 = 1′ 18″, & Margo ipsius inferior unam ferè Diametrum Planetæ supra rectam per hanc & præcedentem Fixam productam; hanc autem Intercapedinem vix adeo latam putabat Dominus Gifford, Limbum Erronis Fixæ proximum, vix duos Mârtis Diametros ab ea distare utrique putabamus.

Vide Fig. 10

Derbiam domumque reverti Die 25, fessus tamen ab Itinere, nihil ea Nocte observavi; sequenti Die, Cœlum valde serenum existens, Opportunitatem præbuit exoptatissimam sequentes Observationes peragendi.

Alta

ANNO MDCLXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

Vide Fig. 30

Septemb. 26 ♃is Vesperi.

Alta ✱ °	′	*Hor. sup* h	′			′ ″
				♂ p	2055 =	12 17
15	00	7	03	♂ s	4836 =	28 54
				A s	5098 =	30 20
				♂ p	4840 =	28 55
19	10	7	44⅔	♂ s	2071 =	12 12

Deinde, eadem Nocte, Planeta in eadem ferè Altitudine ad Occasum à Meridiano & Gradu nonagesimo existente.

Vide Fig. 31

Alta ✱ s °	′	*Hor. supp.* h	′			′ ″
18	00	12	41	♂ p	2098 =	12 32
17	25	12	47	♂ s	5054 =	30 13
16	45	12	54	♂ s	2083 =	12 27
14	40	13	13	♂ p	5076 =	30 20

In penultimâ Animadversione Fixa p remotior apparuit à Meridiano, revera ipsi erat propinquior quam Planeta unâ ejus Diametro: omnes Distantiæ captæ fuere, pro More mihi usitato, inter Limbum Martis remotissimum & Fixas, è quibus quamobrem si 15″ subducentur, veræ fient Distantiæ Centri Martis à Fixis; ejus enim Diameter tunc erat 30″.

Vide Fig. 32

28 ♄i Vesperi.

Alt. ✱ p °	′	*Hor. supp.* h	′			′ ″
13	50			♂ p	3088 =	18 28
15	50	6	58	♂ s	6373 =	38 06
17	25	7	17	p a	3066 =	18 20
18	00	7	23	p a	eadem etiamnum.	
				p s	5428 =	32 27
				A s	5055 =	30 13
			minori Tubo	A p	4983 =	57 04

Loci & Latitudines Fixarum secundùm Tychonem adhibita annua Recessione Æquinoctiorum 50″ nunc sunt.

		°	′	″	*Lat. Aust.* h	′	*sed Hevelio.* °	′	″
♒ii 26a	in ♓	12	32	47	2	49	2	47	23
27 P.		11	42	47	3	58 ½	3	55	36
28 S.		12	10	48	4	10 ½	4	12	36
29 A.		12	14	17	4	44			

Scribit prætereà ad me clarissimus J. Hevelius, Gedani literis datis, Junii 24, 1676, harum Fixarum loca Tychonica duo integra Minuta prima à Veritate aberrare, Latitudines esse ut supra, omnino meæ correctioni consentientes; quæ Differentiam inter Latitudines 27æ & 28æ quinis & paulo amplius scrupulis primis majorem reddit, quam nobilis Tycho constituerit. Sed de his plura in Tractatulo de Martis ab Observationibus deducta Parallaxi.

29 ☉ˢ Martis Diameter 78 = 28″.

Martis

ANNO MDCLXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES *Cœleſtes.*

Octobris 5 ♄i Veſperi. Martis Sidere ad 26am Aquarii (cujus Locus & Latitudo ut ſupra) appropinquante, Hora 6 14′, P. M. alto eo 13° 52′, Limbi ejus remotiſſimi à Fixa Diſtantia capta eſt 4528 = 27′ 04″, tuncque adeò diſpoſito Micrometro, ut Indices ejus lineæ per Planetam & Fixam incedenti, eſſent perpendiculares, Quadrante minuſculo ejus Margini inferiori applicato, Perpendiculum ſuper ipſum abſcindebat 38° à læva; Angulus ergo f♂p in Cœlis 51 gr. deinde Hora 7 24′, alto Marte 21° 00′, iſthæc reperta Diſtantia 4518 = 27′ 00″, & Inclinatio ſupra Quadrantem 45°, at in Cœlis 41°. *Vide Fig.* 33

7 ☽ Poſt 8h Veſperi ♂ f 1978 = 11′ 49″, & jam Planeta per Tubum apparuit ad ſiniſtram à Circulo verticali per Fixam decidente 176 = 1′ 03″; ſed hanc Menſuram non omnino accuratam affirmare audeo, *quoniam* Ventus Tubum interdum agitabat: Deinde rurſus Planetæ à Fixa capta Diſtantia 1978 = 11′ 49″, & Altitudo lucidæ Pleiadum 26° 00′, è quâ Horam deduxi 8 48′, P. M. *Vide Fig.* 34

11 ♀ris Veſperi. ♂ f erat 5220 = 31′ $\frac{1}{4}$, jamque paulo ante præterierat Meridianum, Differentiam Altitudinum ipſius & Fixæ *ob* latiorem Diſtantiam commodè capere non potui; Planetæ ſemper circa medium Obſcuritas aliqua apparuit, quam ut potui in 35a Figurâ adumbravi. *Vide Fig.* 35

12 ♄i Mané. Hora 6 09′, alto Mercurio 5° 10′, ipſe diſtabat à 9a Virginis 1874 = 21′ 32″, eratque Inclinatio ☿ ✳ a ſupra Quadrantem 5° vel 4° $\frac{1}{2}$, ſed in Cœlis correcta 5°.

13 ☉s Veſperi. Martis capta Diameter 70 = 25″, & Saturni 60 = 21″. *Vide Fig.* 36

22 ♂tis Mané. Mercurii appulſum expectavi ad 17am Virginis, Cœlum erat ad Votum ſerenum, Planetamque per Tubum ſeptempedalem ſatis clarè conſpexi; Fixam tamen è quâ juxta Heckeri Ephemerides 30′ duntaxat Scrupulos primos diſtare debuit, reperire non potui, vel Diei naſcentis luce, vel Horizontis Vaporibus prohibentibus.

Deinde alto Mercurio gra. 10, longiorem Tubum ad ipſum adhibui; ſed jam fortiore Diei luce prohibente, nec Fixam potui reperire, ☿ii tamen cœpi Diametrum 45 = 16″, quæ forſan aliquantulo minor eſſe debuiſſet, ad Syrium enim converſo Tubo, ejus inveni Diametrum 42 = 15″, quam Diametro Planetæ æqualem exiſtimavi: in hiſce Obſervationibus Aperturam latam $\frac{1}{4}$ unius Digiti objectivo lenti impoſueram, per quam Fixa ſedatior emicuit, Limbique tum ipſius, tum Planetæ, ſatis benè definiti, & Radiis ſpuriis ſpoliati apparuere, ſed Fixæ melius.

Novembr. 17 ☉is Hora 6 20′, p. m. ſecundum editas Supputationes Luna tegeret 23am Aquarii, cujus nunc Locus Tychonicus ♓ 7° 05′, Latitudo 0° 19′ $\frac{1}{2}$ Auſtr. Occultationem expectavi, ſed Nubes Cœlos undiquaque ferè ſubtegentes Lunam è Conſpectu meo detinuere, uſquedum Fixam liberaverat; ſed hiſce aliquomodo ſeparatis & diſcuſſis intra Horas 7 & 8, breviori Tubo Digitorum 85 $\frac{1}{2}$ cepi.

Alta ✳					
°	′			′	″
21	04 . . . . c ✳	3454	=	40	07
20	54 . . . . l ✳	2610	=	31	00
& poſt $\frac{1}{2}$ temp.	l ✳	2820	=	32	45

Vide Fig. 37

Ultimam hanc Menſuram tamen paulo latiorem juſto, præcedentes duas forſan aliquantulum arctiores æſtimabam, Nubes enim recurſuræ, feſtinare Obſervationes coegere.

19 ♂tis Anſulas Saturni tenues etiamnum videre potui, & Martem ab eâ parte deficientem quæ Soli revera averſa fuit; deinde Diſtantiam cepi inter contiguas duas Fixas in Cornu ſuperiori Capricorni 1021 = 6′ 07″ aliquantulo forſan juſto majorem; Nubes enim iterari Menſuram non permiſère, Fixæ tunc in æquali Altitudine fuêre.

ANNO MDCLXXIII.

Johannis Flamſteedii Observationes Cœleſtes.

Vide Fig. 38 — Januarii 8 ♂ⁱˢ Veſperi

Veneris Sidere 25^{a} Aquarii appropinquante, cujus Locus Tychonicus ♓ 0° 54′, Lat. 1° 10′ capta.

Alt. ✱ ° ′	Hor. ſup h ′		′ ″
14 00	4 38	♀ ✱ 4905 =	29 18
10 55	5 11	♀ ✱ 5082 =	30 23

Inclinatio ſupra Quadrantem in priori Obſervatione erat gr. 3°, in poſteriori 9°. Prima Diſtantia (quam accuratiorem exiſtimo) capta fuit inter Limbum remotiſſimum Planetæ & Fixæ, altera à Limbo proximo; Veneris Diameter æſtimatione per Tubum erat 20″.

Vide Fig. 39 — Februarii 4 ♂ᵗⁱˢ

Circa 6 h Veſperi, Martis Sidere ad 13^{am} Arietis appropinquante, cujus Locus Tychonicus ♉ 10° 36′, Lat. 1° 07′ Bor. Planetæ ab ea capta Diſtantia 5300 = 31′ ½ Min. major erat ipſius à Fixa Diſtantia, quam ut commodè Altitudinum vel Azimutharum Differentia capi potuit, jam ſecundum Ephemerides, diſtaret à Fixa 36′, at obſervatus eſt diſtare duntaxat 31′ ½; peccant ergo fere 5′. Sequenti Nocte accuratiores me conſequi poſſe Animadverſiones ſperabam, cum abeſſet à Fixa vix plus ſcrupulis primis 9′; ſed Nubes denſæ tunc omnem Obſervationem prohibuere.

Vide Fig. 40 — Martii 13 ♃ⁱˢ Veſperi.

Jovis Sidere per 9^{am} Virginis (cujus Locus Tychonicus ♎ 13° 38′, Latitud. 1° 45′ Bor.) retrogrado incedente, minori Tubo, longo tunc 85 $\frac{1}{10}$ Dig. ipſius à Fixa capta Diſtantia 4560 = 52′ 34″: Motus ejus retrogradus diurnus in Ephemeride eſt 7′ ½, unde colligo ipſum in eadem cum Fixa Longitudine futurum Die 20; cum qua tamen Heckeri doctiſſimi Ephemerides ipſum locant Die 18.

Tres ad dextram Jovis Satellites hâc Nocte apparuere, nullus ad ſiniſtram:

17 ☽

Circa 7ʰ ½ p. m. cum minori Tubo longo, ut Veſperi Diei 13, capta ♃ f 2073 = 23′ 54″.

Vide Fig. 41 — 20 ♃ⁱˢ Veſperi.

Alt. ✱ ° ′	Hor. ſup h ′			′ ″	
6 00	7 14	♃ f	850 =	9 48	minori Tubo
		♃ f	1650 =	9 52	majori
14 40	8 16	d f	784 =	4 41	
15 40	8 23	d f	786 =	4 41	
16 25	8 29	♃ f	1665 =	9 57	
		♃ 3	700 =	4 11	
		♃ 1	445 =	2 39	
		♃	135 =	0 48	
		♃ f	1658 =	9 54	
19 00	8 50	f d	838 =	5 00	

Quartus Satelles perobſcure emicabat, ut ipſius à Jove Diſtantiam accurate dirimere non potuerim, ſed tentata & iterata aliquoties Menſura, ut potui cepi 910 = 5′ 26″.

Vide Fig. 42 — 26 ☿ⁱⁱ Veſperi.

Minori Tubo longo tunc Digitos 85 $\frac{7}{10}$ ♃ f erat 4210; contracto tamen Tubo ad Longitudinem 85 Dig. alto Jove 15° 40′, Hor. 7 57′, ipſe à Fixa aberat 4205 = 48′ 30″, quam Intercapedinem valde accurate captam credo. Omnes Satellites, ut in Figura 42, ad ſiniſtram à Jove apparuêre; intimus, quem calculo tertium fuiſſe reperi, unam Jovis Diametrum & paulo amplius à Limbo Jovis diſſitus; quartus duplum hujus diſtantiæ ab hoc, infra hos reliqui duo apparuere, uterque ſcilicet unam circiter Jovis Diametrum à Satellite ſibi proximo diſtans.

Diſtantia

ANNO MDCLXXIII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

Martii 26 ☿rii

Distantia & Latitudo cujusque Satellitis à Linea ducta per Centrum Jovis, & punctum extimarum Digressionum in sexagesimis Semidiametri, secundum clarissimi Cassini Numeros fuit ut in sequente Tabellulâ; & propterea talis esse debuit apparentia, qualis in Fig. 43 depingitur.

	Elong. a ♃ sd. ′	*Lat. a Linea per Limites* sd. ′	
1	4 15	0 07	*Boreal.*
2	7 20	0 08	*Boreal.*
3	3 20	0 33	*Austr.*
4	8 40	0 57	*Austr.*

Vide Fig. 43

30 ☉is Jovis capta Diameter 134 = 48″ summum, sed certè non minor 130 = 47″.

Aprilis 2 ☿rii Vesperi.

Longiori Tubo, aptata unius Digiti supra lentem objectivam Apertura.

♃ 4	1346 bis
2	558
3	398
1	287
♃	133
rep. ♃ 4	1315
2	574
3	383
1	308
1 & 3	95
2 & 3	200

Vide Fig. 44

Jovis Altitudo nunc erat 22° 30′, unde Tempus eruitur 8h 21′, P. M. captæ Observationes ante Semihoram.

4 ♀ris Vesperi.

♃ 3	985 rep. 988	
2	628	636
1	425	427
4		272

Vide Fig. 45

Jovis Altitudo nunc erat 24° 00′, unde Hora deducitur 8 26′, P. M. jamque quartus Satelles apparuit infra Lineam per extimos duos & Jovem ductam; sed vix unam, ni fallor, Semidiametrum; neque enim metiri licuit.

Distantia cujusque Satellitis capta erat à Limbo Jovis remotissimo, cujus Diameter, Aprilis 2, reperta 133, Semidiameter ergo 66 ½; & propterea Distantia Centri Jovis a 1° 360, a 2° 569, a 3° 921, a 4° 205, & apparens Elongatio à Centro Jovis in ipsius Semidiametris, primi Semid. 5 25′, secundi 8 sd. 33′, tertii 13 sd. 51′, quarti 3 sd. 05′. Motus & Elongatio cujusq; Satellitis à Centro Jovis, secundum doctissimi Cassini Numeros, Derbiæ reductos, erat ut in hac Tabellula; unde videre est primum Satellitem abesse 1, secundum 3, tertium 12 Partes sexagesimas Semidiametri ab extimis earum à Jove Elongationibus, quæ propterea observatis additæ, summas faciunt earum Elongationes, nimirum,

	Mot. Medii s ° ′	*Mot. a* ♃e s ° ′	*Elong. a* ♃e sd. ′	
1	3 16 33	9 04 52	4 59	*Dex.*
2	9 04 28	2 22 47	7 57	*Sinist.*
3	9 01 47	2 20 06	12 48	*Sinist.*
4	0 05 27	5 23 49	2 29	*Sinist.*

	sd. ′		s. d. ′		
1	5 26	Constituit D. Townleius	5 31	at Cassinus	5 .
2	8 37		8 47		8 .
3	14 02		13 28		13 .

ANNO MDCLXXIII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

Unde liquet arctiores justo esse summas Elongationes à clarissimo Cassino constitutas, quid quod & forsan excentricas esse Satellitum à Jove Orbitas.

Vide Fig. 46 — Aprilis 11 ♀ⁱˢ — Hora 7 ½, P. M.

♃ 3	947
rep.	932
♃ 2	628
rep.	614
♃ 1	405 bis.

Sed has Mensuras Nubeculæ & Vapores tenues Jovem subtercurrentes frequentiùs turbaverant; hisce tamen ab ultimâ Observatione penitùs discussis, quâ potui deinde curâ, & accuratè, ut puto, dimensus sum.

♃ 3	947
2	622
1	405
4	942
rep.	957 alto Jove 24° 00′; Hor. ergo 7 56′, P.M.

Quartus Satelles apparuit aliquantulum supra lineam per primum & secundum ductam, tertium aliquando supra hanc, sed & quandoque in ea, existimavi. Erat nunc Planeta in ♎ 10° 51′, & ipsius Diameter 132, Semidiameter ergo 66, & vera Distantia primi Satellitis à Centro Jovis Partium 399, secundi 556, tertii 881, quarti 891; vel in Semidiametris, Elongatio primi 5 sd. 08′, secundi 8 sd. 25′, tertii 13 sd. 21′, quarti 13 sd. 30′.

Motus & Elongatio apparens cujusque Satellitis, secundum ante memoratos Numeros, nunc erat ut in hoc Laterculo, unde videre est abesse primum 10 duntaxat, secundum 26, tertium Satellitem 38 Partes sexagesimas Semidiametri ab extimis eorum Elongationibus. Ante acti tamen Anni Observationes meæ innuunt, duos ferre Gradus à Motibus primi & tertii auferendos esse, quo facto, primus aberit 13′, tertius 45′ à summâ ejus Digressione, fientque remotissimæ Expatiationes.

	Mot. Medii s	°	′	*a* ♃ᶜ s	°	′	*Elongatio* sd.	′	
1	2	26	26	8	15	35	4	50	—10
2	8	21	50	2	10	59	7	34	—26
3	8	22	53	2	12	02	12	22	—38
4	7	05	59	10	25	08			

i	sd.	′	sd. ′
1	5	18	vel 05 21
2	8	44	
3	13	59	vel 14 06

Vide Fig. 47 — 14 ☽ Vesperi. — Jovis Sidere ad 8ᵃᵐ Virginis appropinquante, cujus Locus nunc Tychonicus ♎ 10° 30′, Lat. 2° 23′ ÷ Sept. Hora 8 04′, P. M. alto Jove 25° 50′, minori Tubo ejus à Fixa capta Distantia 4195 = 48′ 24″. Tubi enim Longitudo erat Dig. 85.

15 ♂ᵗⁱˢ — Jovis Diameter 131 vel 132, accurate, ut judicabam.

Vide Fig. 48

♃ⁱˢ *Alt.* ° ′	*Hor. sup* h ′	
		♃ 3 995
25 00	7 43	Primus Satelles aberat ⅙ Diametri Jovis à Limbo ejus, supra Zonam latam, ut in Figura 48.
27 00	8 06	Jovem à Tergo subibat, cujus Locus correctior nunc erat ♎ 10° 27′,

unde Radicem Motus medii hujus Satellitis ad Meridianum præcedentem primo Die Januarii, 1673, deduxi 11 s. 15° 12′, quæ à clarissimi Cassini Numeris deducta, 11 s. 16° 49′.

Deinde


Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Deficiente Luna Dec: 10: 1638.
Fig. 4.
Defectus Solis Derbiæ observ: Octobr. 25. 1668.
Initium.
Dig. 4 1/5
Dig. 6.
Dig. 6 2/5
Finis.
1671 Octobr. ♂tis 17 Hor. 6h. 43'
Fig. 5.
Novemb. ♂tis 7. Hor. 6h. 14'.
Fig. 6.
♀ris 10 Hor. 5h. 27'.
Fig. 7.
1672. Februar. ☿ij 1 Hor. 8h. p. m.
Fig. 11.
♀ris 16 Hor. 7h. 44.
Fig. 12.
Martij ☿ij 27 Hor. 8h. p: m:
Fig. 20.
1673 Martij ☿ij 26 Vesperi
Fig. 42.
Fig. 43.
Aprilis ☿ij 2. Hor. 8h. 21'. p. m.
Fig. 44.
♀ris 4. Hor. 8h. 26'. p. m.
Fig: 45.
♀ris 11 Hor. 7h ½ p. m.
Fig. 46.
♂tis 15 Hor 7h. 43'
Fig. 48.
Fig. 8.
Fig. 10.
Fig. 14.
Fig. 16.
Fig. 17.
Fig. 9.
Fig. 13.
Fig. 15.
Fig. 18.
Fig. 19.

ANNO MDCLXXIII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

Aprilis 15 ♂^is

Deinde eadem Veſpera, minori Tubo longo tunc Dig. 85 præciſe, ♃ f capta 4284 = 49′ 24″, de hujus Menſuræ Certitudine bene mihi conſtat; propterea ſi à Noctis præcedentis Annotatione diſſentire videbitur, huic potiùs fidendum duco; in ea enim vereor, ne pauciores juſto unâ Cochleæ Revolutiones numeraverim aut ſcripſerim. Jovis nunc Locus correctior ♎ 10° 27′, Fixæ 10° 30′, cum Latitudine Bor. 2° 23′ ½; Jovis ergo Latitudo non major 1° 34′ Bor. quam ipſam habet Ephemeris. Vide Fig. 49

Maii 10 ♄^ni

Hora 8, P. M. Martis Sidus ſecundum Heckeri Ephemerides eſſet 14′ in Antecedentia 21^æ Geminorum, (cujus Locus Tychonicus ♋ 9° 38′, cum Latitudine Septentrionali 1° 31′) cum minori Latitudine etiam 14′, Obſervata eodem Veſperi.

Alt. ✱ ° ′	Hor. ſup h ′		′ ′
17 50	9 04	♂ f	2942 = 17 36
16 50	9 09	♂ f	2962 = 17 43
15 46	9 16⅔	f a	408 = 2 26
14 26	9 26⅓	f a	adhuc eadem
10 50	9 53	f a	320 = 1 55
9 15	10 05	♂ f	2800 = 16 45
8 10	10 12	♂ f	2778 = 16 37

Vide Fig. 50

11 ☉^is Veſperi

Alt. ✱ ° ′	Hor. ſup h ′		′ ″
17 50	9 00		♂ f 4800 = 27 41
15 48	9 12	a	♂ f 7° ½ corr. 7 ½.
15 07	9 17		♂ f 834 = 27 53 a ♂ f ut antea.

Vide Fig. 51

15 ♃^is Veſperi.

Veneris notatæ Diſtantiæ & Poſitiones ab 8^a Geminorum (cujus tunc Locus Tychonicus ♋ 14° 19′ Lat. 2° 56′, Septentrionalis) ut ſequitur.

Alt. ✱ ° ′	Hor. ſup h ′	′ ″	° °
19 16	8 58	♀ f 4900 = 29 17	Inc. 37 ½ corr. 40 ½
18 10	9 05	♀ f 4871 = 29 06	Inc. 37 ¼ corr. 40 ¼
16 40	9 16	♀ f 4850 = 28 59	Inc. 36 ½ corr. 38 ½

Vide Fig. 52

Veneris (ut in 52^a Figura cornuatæ) Diameter erat 1′ circiter, quamobrem 30″ ab obſervatis Diſtantiis auferenda, ut veræ Centri ipſius à Fixa Diſtantiæ habeantur.

In præcedentibus Obſervationibus, Tubo majori factis, Vitro uſus fui, qui à Micrometro plerumque diſtabat, Dig. 164, quo fracto in ſequentibus aliud adhibui quod à Menſuratore aberat ut plurimum Dig. 171; tantaque Tubi fuerit Longitudo, & ſupponenda ſemper eſt ubi nulla fit ejus mentio.

Septemb. 20 ♄^i Mané.

Cum Veneris Sidus ſecundum Ephemerides Heckeri diſtaret 30′ duntaxat ſcrupulos primos à 10^a Leonis, cujus Locus Tychonicus tunc ♌ 21° 34′, Lat. 0° 00′, altâ ipſa 6° minori Tubo, ipſius capta à Fixa Diſtantia ♀ f 2740 = 31′ 36″. Vide Fig. 53

Rurſus, altâ Venere 12° 50, i. e. Hor. . . . . ♀ f 5456 = 31′ 18″, & Inclinatio ſupra Quadrantem 12°; ſed in Cœlis, & correcta 12° ½. Planetæ Diametrum æſtimavi dimidium ſcrupuli primi, & propterea 15″ ab his Diſtantiis ſubducendos, ut centrales Diſtantiæ Planetæ à Fixa haberi poſſint. Vide Fig. 54

22 ☽

Alto Corde Leonis 32° 40′, i. e. Hora 5 45′ Mane, minori Tubo longo, tunc 85 ½. ♀ ab ipſo diſtabat 4408 = 50′ 20′; ſed hanc Menſuram, Diſtantia paululum amplio-

rem

ANNO MDCLXXIII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

rem potiùs judicabam; etenim Hora 5 59′, alto Regulo 34° 50′, Diſtantia Veneris ab eo capta 4380 = 50′ 01″, & Inclinatio 7°.

Iterum Hora 6 11′, alto Regulo 36° 20′, Veneris ab eo repetita Diſtantia 4359 = 49′ 56″, & Inclinatio accuratiùs 7 gr. ½, quæ correcta, & in Cœlis, 9° ½.

Vide Fig. 55

Septemb. 23 ♂[is]

Hora 3 32″ Mane, alto Corde Leonis 12° 50′, Veneris Limbus remotior, ab eo aberat 4615 = 53′ 14″; Planeta per Tubum apparuit ad dextram Azimuthæ per Fixam tranſeuntis, ut in 55ª Figura; Tubo minori etiam in hac Obſervatione uſus ſum, cujus Longitudinem eandem fuiſſe ac heſterna Nocte credo, in adverſariis enim deſcriptam non reperio.

Novembr. 12 ☿[rii]

Luna ſecundum Ephemerides circa 10ʰ P. M. tranſitura erat exiguum ſpatium ſupra 8ᵃᵐ Arietis, cujus Locus Tychonicus ♉ 13° 58′, Lat. 4° 08′ Sept. ab Hora ſeptima Fixam cum Limbo Lunæ unà intra Tubum videre potui. Erat Luna fere plena, exigua duntaxat Diametri quantitate ab ea Parte deficiente, quâ ad Fixam appropinquabat: Quamobrem ſequentes Diſtantiæ intra Fixam & Partes proximas confinii captæ fuêre.

Vide Fig. 56

Alt. ✱ °	′	*Hor. ſup* h	′				′	″
37	30	7	11	c✱	4650	=	53	20
38	42	7	19		4265	=	48	54
40	16	7	30 ½		3825	=	43	52
42	48	7	49		3095	=	35	42
44	08	7	58 ½		2690	=	31	02
46	40	8	18 ½		1900	=	21	54
49	40	8	44 ½		950	=	10	58

A ſexta Obſervatione, numeratis Perpendiculi 130 Vibrationibus compoſitis, (quæ = 5′ ½ ſcrupulis horariis) Altitudinem cepi Aldebaræ 30° 40′, unde Tempus Obſervationis iſtius deducitur 8 h 19′ ½ P. M. vix unum Temporis ſcrupulum ab Horâ ex Altitudine 8ª Arietis derivata diſſentiens.

Tubi Longitudo in prima Obſervatione erat 85 6/10, in reliquis ſequentibus duntaxat 85.

Fixa ſemper altior apparuit quam Limbus Lunæ ſupremus, & ad ultimam Obſervationem in eadem Azimutha cum Limbo ſequenti, vel dextro apparenter Lunæ.

Luna illuminata erat pluſquam Mareotidis Latitudinem ultra ipſam; è regione cujus Diſtantiæ in tertia & quarta Annotatione captæ fuere. Semel deinceps fixum vidi Etnæ fere Perpendicularem, ſed mox perdidi, nec poſtea (Lunæ plenæ Lumine prohibente) reperire potui; ab Obſervationibus enim ſatis liquet non ab ea tectam fuiſſe, ſed Lunæ Limbum vere auſtrinum, relicto aliquo ſpatio, ſupra ipſam tranſiviſſe.

Decembr. 13 ♄[i]

Sequentes captæ Diſtantiæ Limbi Lunæ proximi à 10 Geminorum, cujus Locus Tychonicus nunc ♋ 5° 23′, Lat. 2° 11′, Sept.

Vide Fig. 57

Alta ✱ °	′	*Hor. ſup* h	′				′	″
34	54	7	50	I ✱	3776	=	43	40
42	45	8	44		3400	=	19	30
48	20	9	23		1410	=	8	05
48	40	9	25		1310	=	7	30
50	30	9	29		1150	=	6	37

In

ANNO MDCLXXIII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

In prima Obſervatione Diſtantia capta fuit minori Tubo, longo tunc Dig. 84 $\frac{3}{4}$, in ſequentibus longiori, cujus erat ſolita Longitudo, Digit. 171.

Ad tertiam Annotationem, fixa erat in recta cum Sina & Beſbico quoad potui conjicere; & in ultima aliquantulum ad ſiniſtram ab Azimutha per Limbum Lunæ præcedentem tranſeunte, in præcedente æquali fere Diſtantia aberat ab eadem linea ad dextram.

Altitudines Fixæ in duabus primis Animadverſionibus ſatis accuratæ captæ mihi videbantur, in ſequentibus non perinde, quoniam Ventus Tubum ipſique affixum Quadrantem interdum agitabat, ultimæ Obſervationi Nubes ſuccedentes Lunam è conſpectu meo abſtulêre, pluresque Animadverſiones prohibuêre.

ANNO MDCLXXIV.

Februarii 6 ♀ris Veſperi. Minori Tubo, longo tunc 85 $\frac{8}{10}$, Diſtantia Limbi Lunæ à 10ª Geminorum erat 750 = 8′ 33″, jamque Fixa erat in recta linea per Cuſpides Lunæ parum obtuſas producta, quoad æſtimare potueram; immediatè propterea Reguli capta Altitudo 25° 48′, unde Hora eruitur 7 27′ P. M. Fixam ſecundum Ephemerides tegere debuiſſet; ſed ejus à Tychonis vitiosè exſcriptam Latitudinem fuiſſe credo, & pro 2° 11′ potius ſcribendam 2° 01′. Lantgravii enim Catalogus habet 1° 59′ $\frac{3}{4}$, quæ cum hac Obſervatione ſatis bene conſentiet.

11 ☿ii Hora . . . . Veſperi, alto Saturno 21°, minori Tubo longo tunc Digit. 85, ipſe diſtabat a 14ª Piſcium 5735 = 66′ 08″, eratque Inclinatio f ♄ a ſupra Quadrantem 24°, at in Cœlis 22° $\frac{3}{4}$; Fixæ Locus ♈ 13° 27′, Lat. 1° 31′ Meridionalis. *Vide Fig.* 58

16 ☽æ Hora . : . . P. M. alto Saturno 9° minori Tubo, longo tunc 84 7, ipſe ab eadem Fixa diſtetit 4260 = 49′ 18″. Inclinatio ſupra Quadrantem, f ♄ a 47°, in Cœlis 46°, D. G. *Vide Fig.* 59

SOLIS Diametri Tubo longiore Digitorum 164 *DERBIÆ* obſervati.

MDCLXXII. *Menſe*	*Die.*	*Alt.* ☉e	*Partes Microm.*	′	″
Januariii	5	5 $\frac{1}{2}$ Occ.	5505	32	56
	11	10	5475	32	37
	12	13	5473	32	36
	15	9	5450	32	37
Februarii	1	19 $\frac{1}{2}$ Occ.	5435	32	28
	17	28 Occ.	5417	32	21
	20	21 $\frac{1}{2}$ Occ.	5410	32	18
Martii	4	33 $\frac{1}{4}$	5400	32	14
	7	24 $\frac{1}{2}$ Ort.	5395	32	13
	19	39 Occ.	5393	32	01
	27	48 Occ.	5368	32	04
Aprilis	16	11 h. m.	5325	31	48
Maii	28	17 $\frac{1}{2}$ Occ.	5277	31	28
Julii	5	7 h. $\frac{3}{4}$ m.	5273	31	29
Novembris	20	15 Merid.	2827	32	36
MDCLXXIII.					
Januarii	10	Meredie.	2827	32	36
	27		5470	32	42
Novembris	12	No. virt Tubi long.	5700 171	32	42

LUNÆ

ANNO MDCLXXI. & LXXII.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

LUNÆ Diametri *DERBIÆ* Obſervatæ.

MDCLXXI. Menſes	Dies.	Temp.	Altitud. Lunæ.		Long. Tubi dig.	x	Partes Microm. Rev.Cen	Diam. Lunæ. ′	″	Longit. Lunæ. ſ.	°	Anom. Med. ſ.	°	Diſtant. Solis. ſ.	°
Novembris	3	veſp. ♄	36	30	164	4	5680	33	57	♈	12			4	21
	6	v 8			164	1	5725	34	11	♉	25			6	01
	7	m	18		164	1	5656	33	48	♊	2			6	08
	8	v	12		85	7	2890	33	02	♊	28			7	02
	9	v	10		85	3	2854	32	47	♋	13			7	16
	10	v	12		85	7	2823	32	15	♋	27			7	29
	18	m 7					4885	29	11	♏	0			10	24
Decembris	3	v 7			164	4	5715	33 / 34	57 / 06	♉	24			5	02
	4	v 8					5690	33	58	♊	5			5	12
	5	m	21 }				5653	33	43	♊	13½			5	20
			12½ }				5633	33	32						
	5	v	14⅓		164	4	5660	33	46	♊	20			5	26
MDCLXXII.															
Januarii	11	m 6	23 }				5050	29	57	♎	23			8	22
			22¼ }				5062	30	01						
Februarii	23	v 10	20	50	Occ.		5467	32	38	♉	22			2	07
			19	23	Occ.		5463	32	37						
	24	v	40 }		Occ.		5480	32	43	♊	6			2	20
			33 }		Occ.		5458	32	36						
	29	v	21		Ort.		5305	31	41	♌	16			4	21
Martii	2	v	34		Ort.		5247	31	20	♍	14			5	21
	3	v	11 }		Ort.		5158	30	48	♍	26			6	02
			19 }		Ort.		5178	30	55						
	4	v⁰			Ort.		5157	30	47	♎	10			6	15
	20	v	13 }		Occ.		5473	32	40					0	25
			9½ }		Occ.		5455	32	34						
	27	v 5 h.	40				5323	31	49						
	28	v	49				5308	31	42						
Aprilis	19	v	19 }		Occ.		5543	33	06	♊	13			1	02
			13 }				5536	33	04						
	20	v	33				5556	33	10						
			26		Occ.		5543	33	05	♊	26			1	14
			19				5533	33	02						
	24	v	44½		Occ.		5318	31	45	♌	25			3	10
	25	v	43		Occ.		5254	31	22	♍	8			3	22
Maii	23	v 8	35⅓		Occ.		5244	31	17	♍	17			4	04
	24	v	31		Occ.		5156	30	46	♍	28			3	15
			21	20			5138	30	40						
	27	de Die	10		Ort.		4953	29	36	♏	5			4	20
		13 p. m. n.	11½		Occ.		4958	29	41						
Junii	20	v	18½		Occ.		5166	30	50	♍	24			2	15
	21	v	25		Occ.		5116	30	32	♎	9			2	29
		9½	14	30	Occ.		5096	30	25						
	22	v	18	10	Occ.		5055	30	10	♎	21			3	10
			15	25			5053	30	9						
Auguſti	27	v	15		Orient.		5237	31	19	♑	24			5	10
	29	v	12½ }		Ort.		5317	31	47	♒	16			6	00
			20 }				5329	31	51						
Octobris	7	m 7	30		Ort.		5278	33	33	♍	12			10	18

ANNO MDCLXXII, LXXIII, & LXXIV.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

LUNÆ Diametri *DERBIÆ* obſervatæ.

Menſ. Die.	Tem. h	Altit. Lunæ	Long. Tub.	Parts Microm Rev.Cen	Diam. Lunæ ′ ″	Lunæ Long. s °	Anom. Med. f °	Diſt. a Sole f. °	
MDCLXXII.									
Octobris 8	m	17	Ort.	5151	30 47	dubia propter tenuitatem Cuſpidum.			
Novembris 19	v 5 ½	31 }		5305	31 43	♈ 2			
	6	32 }		5323	31 49	31 46		3 24	
♃ 21	v	33 ad	Ort.	5504	32 54				
♀ 22		25 }	Ort.	5567	33 16	♉ 15		5 04	
		40 }		5594	33 26				
☽ 25	mane	36	Occ.	5704	34 06	♊ 20		6 06	
Decemb. ☽ 2	m	30	Ort.	5282	31 35	♎ 01½		9 10	
♂ 3	m	24	Ort.	5182	30 59	♎ 14		9 22	
☽ 23	m	23 ¾	Occ.	5667	33 56	♋ 00		5 17	
		19		5647	33 55				
♂ 24	v	16 }	Ort.	5657	33 49	♋ 22		6 08	
		22 }		5662	33 51				
		30 }		5685	33 59				
MDCLXXIII.									
Martii 20	v	27	Ort.	5454	32 35	♍ 19		5 09	
Aprilis ♀ 18	v	18	Ort.	5270	31 30	♎ 11		5 02	
♄ 19	v	17	Ort.	5223	31 14	♎ 25		5 15	
Maii ☉ 11	v	37 }	Occ.	5518	32 59	♌ 15		2 14	
		34 }	Occ.						
Auguſt. 15	v	12 }	Ort.	4936	29 30	♒ 15		5 12	
		15 }		4964	29 40				
18	v	12	Ort.	5012	29 58	♓ 21		6 15	
19	v	16	Ort.	5252	30 16	♈ 4		6 27	novo Vitro objectivo, Dig. 171
21	v	13	Ort.	5380	30 51	♈ 29		7 21	
		16 ½	Ort.	5395	30 56				
Septembris 14	v	19		5304	30 20	♓ 17		5 15	
17	v	18 ⅔	Ort.	5410	31 01	♈ 24		6 19	
18	v	19 1/10	Ort.	5458	31 18	♉ 7		7 01	
19	v 9	19	Ort.	5505	31 34	♉ 22		7 15	
Octobris 8	v	18							
♃ 9	veſp.	19 ⅚	Ort.	5217	29 55	♒ 18		3 22	
☽ 13	veſp.	19		5380	30 51	♈ 7		5 6½	
♂ 14		24	Ort.	5455	31 17	♈ 20		5 18	
☿ 15	v	23 ¾	Ort.	5500	31 32	♏ 3		6 00	
Novemb. ♀ 14	v	25 ⅚		5688	32 37	♊ 10		6 07	
Decemb. ☉ 14	v	21		5808	33 18	♋ 16		6 12	
MDCLXXIV.									
Januarii 9	v	18		5775	33 07	♊ 25		4 25	
		24		5815	33 21				
Februarii 9	v	27		5900	33 50	♌ 27		4 28	

OBSERVATIONES COELESTES *JOHANNIS FLAMSTEEDII*, *Derbiensis*,

In ARCE *LONDINENSI* habitæ,

Et Ædibus JONÆ MOORE, Equitis Aurati, Rei Tormentaræ Supervisoris Generalis.

ANNO M DC LXXV.

Aprilis 18 Mané.

HOROLOGIUM oscillatorium per Solis captas Altitudines correctum erat & restitutum.

Vesperi ejusdem Diei 18, Martis Planeta per Tubum Pedum 23$\frac{1}{3}$ (cui Micrometrum novum meæ Excogitationis adaptâram) conspectus, in eadem Altitudine apparuit cum 21ª Geminorum Lucis sextæ, è qua Hora 9 24′ per Horologium, ejus cepi Micrometro Distantiam 3557 = 10′ 13″: Hanc tamen Mensuram aliquantulum justò latiorem putabat Socius, ego potius non minuendam; sed Ventus fortiter spirans, vix unquam immotum deinceps detineri Tubum permittebat dum repeteretur Observatio. Fixæ hujus (posito Æquinoctiorum Recessu annuo 50″) Locus Tychonicus erat ♋ 9° 39′, Lat. 1° 31′. Angulus etiam Circuli verticalis per Fixam transeuntis cum Ecliptica 51° 18′, propterea ♂ in Antecedentia Fixæ 8′ 00″ cum Latitudine majori 6′ 24″.

Vide Fig. 60

Die 19

Hor. 9ª Vesperi, Distantia inter Planetam & Fixam major erat aliquantulum quam Tubi longioris capacitas, quæ est Scrupulorum 22′.

Die 22

Paulo post 2am Matutinam Tubum ad Jovem applicuimus, quo ejus à 29ª & 30ª Ophiuchi caperemus Distantias; 29æ locus Tychonicus tunc ♐ 18° 14′, Lat. 0° 29′ Septentrionalis; 30æ ♐ 18° 38′, Lat. 0° 58′ etiam Sept. Lucis utraque 5æ, Jovis tunc retrogradi locus ♐ 18° 29′, Lat. 0° 38′ Sept. qui propterea à 29ª Ophiuchi, 17′ solummodo scrupulos primos; à 30ª non nisi 22′ distetisse debuerit; Die 23° in recta linea per utrasque ducta apparuisse, & deinceps ab iis recessisse quotidie ut videre est in Figura; jam vero etiamsi Aer valde serenus erat, Planetaque haud procul à Meridiano, nullam circa ipsum Fixam intra Tubi capacitatem reperire potui; duo solummodo apparuêre Satellites, alter ad utrumque latus $\frac{2}{3}$ Diametri circiter Jovialis à Limbo ejus distantes, tertiusque ad dextram remotior.

Vide Fig. 61

Maii 3 ♄ i

Paulo post 11am P. M. Jovem Tubo pedum 24 contemplatus sum; indistinctè præ Urbis fumo & Thamesis vaporibus videbatur, cum omnibus ejus Satelletibus, haud multò secius dispositis quam ostenderat Calculus; attamen, cum jam 17′ duntaxat scrupulos, à 28ª Ophiuchi (cujus nunc locus è Catalogo Tychonico derivatus est ♐ 17° 25′, Lat. 0° 20′ Bor.) ad Boream apparuisse debuisset; nec hanc Fixam reperire potui, etiamsi non solum breviorem Tubum gradum unum & amplius recipientem, sed & longiorem pedum 24 adhibui; quibus tamen exiguas nonnullas Fixas 40′ fere ab ipso distantes clarè vidi, sed ad lævam, cum Fixa illa potius ad dextram supra Jovem apparuisse debuisset. In Catalogo Fixarum, quem, cum Tabulis Rudolphinis, edidit Keplerus, ad has Fixas notat: *Desunt in meo Catalogo*, unde proclive est conjicere, vel nullas unquam Fixas in iis fulsisse locis, vel si quæ, Tychoni & suis Discipulis apparuere, haud longo post tempore fuisse extinctas.

☿ ii 21

Luna circa 9am Vesperi longiori Tubo considerata, inequaliter admodum circa Confinium illuminata apparuit; Hora 9 30′ sectio pertingebat ad Montes Argentarium, Olimpum,

ANNO MDCLXXV.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

limpum, & Didimum, ad Techiſandam appropinquans, quæ cum Dalanguero valde conſtricta videbatur, nec à Limbo multùm remota, etiamnum tamen cava apparuit, defuitque notabiliter à vera Dichotomia, quæ (ſi vera fuiſſet Solaris Bullialdi, aut Wingi, noſtratis Parallaxis) apparuiſſet Hora 8 30′; Quadratura enim vera in Ephemeride Hora 12 46′, quam media Sectio præcedere debuit Horis 4 $\frac{1}{4}$. Circa 10 h Nubes tenues Lunam ſubire ceperunt, adhuc dum tamen Luna utriſque Vitris cava videbatur, nec ante ejus Occaſum biſecta futura.

Maii 24 ♄i. Hora 11 13′ P. M. ſecundùm editas Conjecturas, Luna tegeret ultimam Virginis, cujus jam locus Tychonicus ♎ 21° 37′, Lat. 6° 16′ Auſtr. hanc Occultationem longiori Tubo præſtolabamur, quæ, indicante Horologio, acciderit Hor. 11 29′ 15″: Ante Occultationem Fixa clariſſimè uſque ad ipſam ſemper apparuit, Tectæ à Confinio Diſtantia, erat dimidium circiter Longitudinis Mæotidis; altior apparuit ſub Immerſione quam *Sina*, humilior quam *Sinus Sirbonis*, juxta ſupremam Macularum, Hevelio quæ audiunt Montes Lion.

Hora 12 14′, Nubes Lunam vexare ceperunt, huc uſque clariſſimè conſpecta fuerit, ſed nondum Stella apparuit. *Vide Fig. 62*

Hora 12 19′ clariùs viſa Luna, ipſam, parte Nubis tenuiore prætervolante, nondum tamen Stellam videre potui, quæ forſan à Limbo lucido emergens, difficiliùs conſpiceretur, antequam ad paucos ſcrupulos ſeparetur ab eo. Hora 12 20′, *Arcis albæ* Turriculum Lunam è conſpectu noſtro intercipiebat, nec deinceps humilem cernere propter Ædificia licuerit.

Die 23 Maii, Horologium juſtò properantius 3′ 30″:
29 etiam juſtò velocius 8′ vel 9′.

Horologium ergo in hac Obſervatione juſtò velocius 4 duntaxat ſcrupulis horariis, & tempus apparens veræ occultationis, Hora 11 25′ $\frac{1}{2}$ P. M.

Junii 4 ☿rii. Poſt mediam Noctem ſequentem ibat Luna haud longe infra 7am Piſcium, cujus locus Tychonicus ♓um 22° 07′, Lat. 3° 25′ Septentrionalis: hunc Appulſum breviori Tubo Digitorum 83 $\frac{1}{10}$ obſervavi, Tempora ab Horologio indicata, numerante N. Stevenſon.

Hor. per Horolog. h ′ ″	*Correcta.* h ′ ″	
12 53 12	12 51 00	Lunæ Limbus remotior à Fixa 5360 = 55′ 05″, Luna erat fere biſecta; ſed Fixa aberat à linea per Cuſpides 3 vel 4 Scrupulos primos.
13 04 10	13 02 00	Fixa in recta per Cuſpides apparuit, à remotiori Limbo diſtans 5412 = 55′ 36″.
13 08 15	13 06 00	Lineam per Cuſpides ſenſibiliter ſuperaverat, nimirum 2 vel 3 Scrupulos, à Limbo remotiori diſtans 5460 = 56′ 02″.
13 16 35	13 14 20	Iſthæc Diſtantia 5550 = 57′ 02″.

Vide Fig. 63

In his omnibus Obſervationibus tenuis Nubecula Lunæ prætendebatur, per quam tamen haud difficile fuit Fixam cernere; ab ultima tamen Obſervatione ſpiſſiores ab Horizonte ſurgentes Nubes, ipſam e conſpectu noſtro penitus eripuere.

Sequenti mane Horologium per Solis Altitudines captas examinatum, duobus paulo plus Scrupulis properantius juſtò repertum, unde ejus derivata Emendatio. *Vide Fig. 57*

8 ♃is Veſperi. Emerſioni primi Satellitis Jovis ex ejus Umbra invigilavi; Hora 11 37′ non emerſerat; cœpit deinde Cœlum ſub eo Vaporibus rariuſculis turbari, adeo tamen ut nihilominus ipſum cum reliquis ſuis Satellitibus diſtinctè ſatis conſpicere licuerit. Hora 11 47′ videri cœpit Satelles. Hora 11 48′ admodum dilucide apparuit.

Die

ANNO MDCLXXV.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

Die 5, Mane, Horologium justò celerius repertum Scrupulis 5 ½; nunc ergo 4′ duntaxat properantius movebatur, eratque Satellitis Emersio vera, Hor. 11 43′ P. M.

Junii 26 ♃is

Cœlum à Meredie Defectui lunari præcedente Nubibus densissimis coopertum, omnem fere spem præciderat ipsam observandi; hisce tamen paulo post Occasum Solis primùm attenuatis, fractis deinde & dissipatis, haud infœlicis nobis spes redierunt Opportunitatis. Paulo ante mediam Noctem Jovem primum vidimus, & deinde Lunam, quam postea in conspectu fere semper habuimus usque ad initium Defectûs; sed aliquando Nubibus prætervolantibus impeditam, Hora 13 01′, Tubo breviori, longo Dig. 85 $\frac{1}{10}$, Lunæ capta Diameter 3190 = 31′ 47″; iterumque Hora 13 11′ eadem 3191, hucusque cœli extiterunt serenissimi, nullaque in Luna conspecta Penumbra ante 13 h 37′ ½, quando Nubes ipsam rursus subire cœperunt, adeò tamen ut vel per earum hiatus vel partes tenuiores plerumque conspici potuerit: Vix vero distinctè satis ad determinandum, num Penumbra ejus Limbum infecerat, necne, ante Horam 13 46′ 40″, quando per Nubis prætervolantis hiatum Limbum ejus dextrum perobscurum vidi, Adjutoremque monui, ut notato tempori adscriberet, Penumbra densa: Attamen pensitatis quas deinde habui Observationibus, potiùs censeo ipsum fuisse Defectûs initium; aliæ etenim Nubeculæ supervenientes, Lunam subitò abstulêre, priusquam licuit determinare utrum per visam Obscuritatem Limbus fuerit distinguendus, necne; hisce tamen mox ad Horizontem subsidentibus, optatam habuimus ad exortum Solis usque serenitatem, sequentesque Umbræ terrestris ad maculas in facie Lunæ notavimus appulsus.

Hor. per Horolog. h	′	″	
13	37	30	Nulla Penumbra.
	46	46	Penumbra densa, vel potius Initium.
	55	15	Pentadactilus tectus.
14	02	20	Porphyrites tectus.
	5	30	Sinæ Limbus primus.
	6	00	Etnæ Limbus primus.
	8	40	Partes lucidæ residuæ 2071 = 20′ 38″.
	12	00	Exigua Fixa Telescopica apparuit infra Lunam, revera erat supra, à Limbo ejus distans 14′.
	17	45	Partes illuminatæ residuæ 1655 = 16′ 27″.
	23	05	Besbici Limbus primus.
	26	03	Horminius.
	29	00	Æmus tectus.
	30	45	Partes illuminatæ residuæ 1047 = 10′ 24″.
	35	00	Partes residuæ 865 = 8′ 38″; jamque Tubo longiori Fixam aliam vidi Maculæ Caspiæ Longitudinem fere à Limbo Lunæ, & ipsius Latitudinem à Linea per Cuspides ducta distantem.
	37	15	Pontus tectus.
	39	30	Corocondometis Limbus primus.
	45	00	Mæotidis Limbus primus.
	50	40	Mœotis tota tecta.
	56	10	Finis Luminis dubius.
	56	55	Certè Immersio; omni vero Lumine extincto.
14	57	30	Limbus Lunæ in umbram mersæ cineritii coloris apparuit.

Desiit Lux paulo supra Montes Ripheos, circa gradum Limbi Lunæ Hevelianæ 33°; color verò antedictus cineritius ipsi adhærebat, per Quadrantem Horæ post Immersionem. Extinctam penitùs fuisse Lunam protinùs post Immersionem asserit D. Hook; ego potiùs puto solummodo Diei, & Solis nascente luce fuisse absconditam, quæ si non obstiterat, diutiùs à latere quod ultimum in Umbram inciderat fuisset conspicua.

Post

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

ANNO MDC LXXV.

Junii 26. Poſt ortum Solis, per ejus Altitudines Horologium examinavimus, quod tempus apparens ſatis accuratè oſtendere compertum; attamen quandoquidem Quadrans erat 20 ſolummodo Digitorum Radio, nec niſi nuda habebat Pinnacidia, vix certiores eſſe potuimus de Temporibus, quam ad unum Minutum horarium.

Exigua fuerat in hoc Defectu Penumbra, certè nunquam maculæ Caſpiæ Latitudinem æquavit, imo vix latior erat quam Sina aut Ætna, unde fuit quod nulla Penumbra, 9′ duntaxat ſcrupulis Temporis ante verum initium in Limbo Lunæ apparuit.

Julii 11 ♄ⁱ Hora 10 11′ correcta, P. M. vel forſan aliquantulo citiùs, Satelles primus Jovis ab Umbra ejus emergebat, vix unam ejus Semidiametrum ad dextram apparenter, vere ad ſiniſtram à Limbo Jovis diſtans.

JOHANNIS FLAMSTEEDII
OBSERVATIONES COELESTES
GRENOVICI habitæ
ANNO MDC LXXV.

Septemb. 26 ☉ⁱˢ NOCTE ſequente, Lunæ appulſum ad 10ᵃᵐ Arietis, (cujus tunc Locus Tychonicus ♉ 17° 26′ 17″, Lat. 2° 50′ Septentrionalis) Tubo Digitorum 103½, & Micrometro proprio obſervavi; Cœlum erat ad votum ſerenum, tempora Animadverſionum ope Horologii oſcillatorii cepimus, quod per Solis Altitudines manè ſequenti examinatum, ſeptem & aliquid amplius ſcrupulis horariis primis juſto tardiora oſtendiſſe compertum; attamen quandoquidem Quadrante Digitorum 20 duntaxat Radio, adhuc captæ fuere Altitudines, vix de temporibus inde derivatis certiores eſſe potuimus, quam ad unum Minutum horarium; plus tamen nos non erraſſe certus ſum.

Hor. Horol. h ′ ″	*Correcta* h ′ ″			′ ″
8 54 30	9 01 30	Lunæ Limbus proximus à Fixa	3177 =	26 13
		Lunæ altæ 26½ Diameter	3593 =	29 49
9 07 10	9 14 10	Lunæ Limbus proximus à Stella	2500 =	20 34
9 29 30	9 36 30	Iſthæc Diſtantia	1390 =	11 26
9 34 30	9 41 30	Eadem	1155 =	9 30
10 00 00	10 07 00	Mæotidis circiter Longitudine à Limbo aberat.		
10 05 00	10 12 00	Fixam diutius videre non potui, quam propterea jam nunc à Luna tectam credo 10 circiter Gradus à Vertice ☽ ad dextram apparenter.		
10 34 00	10 41 00	Emerſerat, iſthoc forſan momento, ſiquidem haud plus quam eſt Latitudo Nuclei Sinæ à confinio Lucis & Umbræ aberat.		
10 36 50	10 43 50	Mareotidis Longitudinem à confinio aberat, & à proxima Parte Mæotidis	2666 =	21 55
		Sina à Limb. remot. Lacus nigri majoris	2686 =	22 05
		Sinæ Limb. proximus à proximo Lunæ	665 =	5 28

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

ANNO MDCLXXV.

	Hor. Horol h ′ ″	Correcta. h ′ ″		′ ″
Sept. 26.	11 00 00	11 07 00	Fixa aberat à Confinio	1015 = 8 20
	11 25 00	11 32 —	A Limbo remoto	5492 = 45 09
	11 34 00	11 41 —	Repetita Diſtantia	5887 = 48 24

Vide Fig. 64.

Lunæ locus ab his Obſervationibus deductus Hor. 10 12′ erit 10′ 36″ in Antecedentia Fixæ, cum Latitudine majore, Septentrionem verſus fere 11′; ſed Hora 10 41′ in conſequentia Fixæ 3′ 30″.

Septemb. 30 ♃^is Veſperi, Lunæ obſervatus appulſus ad 20^am Geminorum, cujus tunc locus Tychonicus ♋ 7° 25′, Latitudo 1° 12′ Meridionalis.

Hor. Horol h ′ ″	Correcta. h ′ ″		′ ″
11 59 55	12 04 10	Lunæ Limbus proximus à Fixa	5310 = 43 20
12 04 15	8 30	Eadem Diſtantia	5075 = 41 34
12 14 30	12 18 45	Lunæ Diameter	3717 = 30 34
27 15	31 40	Fixa à Limbo Lunæ proximo	4037 = 33 11
		jamq; quoad potui conjicere, erat in eodem Circulo verticali cum Centro Lunæ.	
41 14	45 29	Fixa à Limbo proximo	3443 = 28 18
45 00	49 15	In recta erat cum Porphyride & margine interiori Mareotidis.	
51 15	55 30	A Limbo proximo	3072 = 25 15
13 22 25	13 26 40	Iſthæc Diſtantia	2265 = 18 37
37 40	41 55	Eadem	1995 = 16 25
49 55	54 10	Iterum	1992 = 16 23
51 45	56 00	Vel uno forſan citiùs ſcrupulo horario, Fixa erat in recta linea per cuſpides aliquantulum obtuſas ducta.	
53 55	58 10	Iſthanc lineam ſpatio duorum Minutorum præterierat.	
55 45	14 00 00	Aberat a Cuſpide proximo	1912 = 15 43
14 07 35	11 50	Iſthæc Diſtantia repetita	2084 = 17 08
37 50	42 05	Eadem iterum	2980 = 24 15
41 00	45 15	Rurſus denique	3074 = 25 17

Vide Fig. 65

Die ſequenti, ſcilicet Octob. 1, poſt Meridiem, per Solis Altitudines Quadrante antedicto captas, Horologium repertum 4 ÷ ſcrupulis horariis primis juſtò tardius; propterea quandoquidem aliquid quotidie perdidit, ob Longitudinem Perpendiculi, aliquantulum juſtò majorem, retardationem ſtatui ad tempus tranſitûs duntaxat 4′ 15″, quæ momentis ab Adjutore ad ſingulam Obſervationem notatis adjiciendo, Tempora, ut ſupra, correxi.

19 ♂^tis Saturni Sidere retrogrado incedente haud procul ab exigua Fixa lucis ſextæ (quæ à Tychone omiſſa, ab Hevelio (in Hiſtoriola miræ Stellæ, pag. 166) Cœlis aſſerta Anno ineunte 1661, ponitur in ♉ 7° 58′ 8″, cum Latitudine 3° 22′ 42″) ipſius à Fixa, Hor. 10 05′, Tubo breviori capta Diſtantia 6191 = 51′ 04″, Planeta per Tubum humilior apparuit quam Fixa.

Vide Fig. 66

21 ♃^is Veſperi. Saturni à Fixa eadem capta Diſtantia 5534 = 45′ 30″; Tubi enim Longitudo minor erat, ſcilicet Digitorum 103 $\frac{2}{10}$ duntaxat, Stellulæ etiam quædam exiguæ circa Planetam apparuêre; tres aliquando me videre putavi, eo fere quo hic conſpiciuntur ordine diſpoſitas,

Johannis Flamsteedii Observationes Cœlestes.

ANNO MDCLXXV.

dispositas, sed Lunæ lux nimia & mira Stellarum parvitas, earum à Saturno dimetiri Distantias prohibuêre.

Octobris 22 ♀s — Hora 9 P. M. Saturnus ab eadem Fixa 5342 = 43′ 55″.

26 ♂tis — Hora 8 07′ P. M. idem ab eadem Fixa 4961 = 40′ 48″. Intererat huic Observationi E. Halleius, qui iisdem Instrumentis dimensus est ♄d 2255 = 18′ 31″, ♄c 1386 = 11′ 24″.

28 ♃is Vesperi. — Cum jam Luna longius à Planeta abcesserat, septem omnino Fixas circa Saturnum conspeximus, quarum quæ litera e notatur, etiamsi vix sit minus lucida quam f, nondum locum in editis Catalogis obtinuerat, ceteræ perexiguæ non nisi cum aliquâ Difficultate fuere observatæ.

		′	″			′	″
c ♄	1973 =	15	24	fd	5143 =	42	17
b ♄	2146 =	17	38	da	5306 =	43	38
d ♄	3508 =	28	51	fa	4473 =	36	45
f b	5438 =	44	42	ec	6029 =	49	34 ½
c d	2599 =	21	22	be	5880 =	48	20

Hora 8 50′ ♄f 5170 = 42′ 30″

9 00′ Zf Distantia scilicet Azimutharum Planetam & Fixam pertranseuntium 492 = 4′ 05″.

Angulus Circuli verticalis cum Ecliptica ad hoc Tempus erat 78° 39′, propterea Planeta in Antecedentia Fixæ f 12′ 26″, cum Latitudine minori 41′ 20″. Fixæ nunc Locus ♉ 8° 09′ 38″, Planetæ ergo ♉ 7° 57′ 03″, cum Lat. Australi 2° 41′ 22″.

Heckeri Ephemerides ponunt Planetam nunc in ♉ 8° 22′, cum Latitudine Australi 2° 43′, scilicet justò promotiorem 25′, cum Latitudine observata etiam majore 1 ½. *Vide Fig. 67*

Ab his Fixarum observatis Distantiis dantur earum loci & Latitudines ad hoc tempus, scilicet,

			°	′	″		°	′	″
Stellæ	a	♉	7	44	30	Latitudo	2	56	10
	b		7	41	10		2	47	40
	c		8	09	10		2	30	12
	d		8	26	30		2	43	22
	e		7	25	50		2	01	00
Posita Fixa	f	in ♉	8	09	38	cum Lat.	3	22	42

ut in antedicta Historiola constituerat doctissimus Hevelius.

29 ♀ris — Hora 6 39′ ♄f 5404 = 44′ 26″

6 56′ Fixa aberat ab Azimutha Planetam pertranseunte paulo plus quam annuli ipsius Diametrum ad dextram.

h				′	″
7	15	♄d	3974 =	32	41
		♄c	2426 =	19	57
		♄e	5610 =	46	06

30 ♄i — Cum infirma essem valetudine, solus has cepit & ad me retulit Ed. Halleius Distantias.

h	′			′	″
7	19	♄f	5685 =	46	44
	29	♄d	4584 =	37	41
	38	♄c	2877 =	23	39
	47	♄a	1930 =	15	52
	55	♄b	1278 =	10	31
		ab	1076 =	8	50

Intercontig. in Aure Tauri 624 = 5′ 08″.

7 15

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

ANNO MDCLXXV.

Novembr. 1 ☽

h ′			′ ″
7 15 p.m.	♄f	6349 =	52 12
30	♄d	5771 =	47 27
	♄e	4898 =	40 16
	♄c	3931 =	32 19

Deinde iteravit E. Halleius.

h ′		
8 15	♄f	6348
20	♄d	5793

3 ☿ii

h ′			′ ″			′ ″
7 53	♄f	6378 =	60 40	cd	2596 =	21 21
8 00	♄d	6914 =	56 51	fc	6372 =	52 23
	♄e	4695 =	38 36	fd	5102 =	41 57
	♄c	5002 =	41 07	ca	4415 =	36 18
	♄b	1693 =	13 55			

5 ♀ris Veſperi.

Diſtantia inter Fixas duas Teleſcopicas, quibus poſt Dies viginti Saturni Sidus appulſurum præcideram capta ab E. H. 2550 = 20′ 50″, deinde

h ′			′ ″
7 20	♄e	4674 =	38 26
7 30	♄c	6018 =	49 28
	♄b	2677 =	22 00

Et inter Pleiadas deinceps, eodem Tubo,

		′ ″			′ ″	
ck	1282 =	10 32	lc	1411 =	11 36	
ek	1309 =	10 46	kh	2386 =	19 37	gn 3969 = 32′ 38″.
kl	304 =	2 30	el	1190 =	9 47	

19 ♀ris

Abinde uſque ad 19am, cum Cœlum continuò fere Nubibus obductum fuerat, nihil obſervare potuit, præterquam quod Die 14 Veſperi, Lunæ fuerat Diameter 3693 = 30′ 22″.

h ′			′ ″
6 44 P. M.	♄h	1338 =	11 00
Declin. Differen.		1196 =	9 50

Deinde, poſt mediam Noctem ſequentem, Hor. 16 00′, Luna longiùs aberat ab 8a Arietis, (cujus tunc locus Tychonicus ♉ 13° 59′ 24″, Latitudo 4° 08′ 30″ Bor.) quam etiamnum Tubo capi potuit; ſed Fixa alia Teleſcopica intra Tubum apparuit, haud procul à Limbo Lunæ, cujus Occultationem, cum aer ſemper ad ſextam uſque Annotationem extiterit ſereniſſimus, facilè conſpexi, ejuſque cum ab 8a Arietis, tum à Lunâ, ſequentes obtinui Diſtantias.

Vide Fig. 68.

Hor. correct. h ′ ″		′ ″
16 08 30	Teleſcopica à Limbo remot.	5270 = 43 20
17 30	Octava Arietis à Confinio	6328 = 52 01
	Fixæ inter ſe	5270 = 43 20
27 45	Lunæ Diameter	3622 = 29 47
44 45	Teleſcopica tecta Longitudinem circiter Mareotidis ſupra Montem Alabaſtrinum.	
17 08 40	Octava Arietis à Confinio	4592 = 37 46

Cum deinceps ab eadem feneſtra Lunam ampliùs obſervare non licuerit, ad aliam tranſtuli Inſtrumentum, ſed priuſquam fulcrum, cui imponeretur, commodè aptare potuit, Luna à vaporibus Thameſis, & fumo è culinis Urbis neceſſariis excitato, intercepta, languidiùs cepit & rubicundiùs ſplendere, ut nunquam Fixam deinde reperire, etiamſi maculas lunares minores ſat bene poſtea conſpicere potuerim. Hora

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœlestes.

ANNO MDCLXXV.

Novembr. 21 ☉ⁱˢ Hora 6 35′, ♄h 1046 = 8′ 36″.

Eadem vespera, Hora 8 50′, secundùm editas Conjecturas, Lunæ in eadem Longitudine cum 22ª Tauri (cujus locus Tychonicus ♊ 3° 57′, Lat. 1° 04′ Bor.) apparituræ, Limbus austrinus à Fixa distaret 38′ circiter; Phainomenon ut sequitur observavi, Cœlo in quatuor primis Animadversionibus ad votùm sereno.

Hor. Horol. correcta. h	′	″	
8	19	10	Fixa à Limbo proximo 4315 = 35′ 29″.
	24	30	In recta cum Sinâ & Sancto Petro.
	27	05	In recta cum Sinâ & Calathe.
	31	48	A Limbo Lunæ proximo 4457 = 36′ 39″; tunc Nubes Lunam subeuntes, ipsam detinuêre usque
9	33	05	Quando ✱ à Limbo 5842 = 48′ 01″; tunc Nubes iterum, usque
	52	30	Cum distaret à Limbo 6472 = 53′ 13″.

Vide Fig. 69

Protinùs tamen Nubes grandiores, quæ Cœlos undequaque subtegissent, Lunam excipientes, ulteriores quas meditabar Observationes, prohibuêre.

22 ☽ Hora 6 38′ P. M. ♄h 1004 = 8′ 15″, & Distantia ejus à Linea per utrasque Fixas ducta 351 = 2′ 53″; sed vix satis vereor accurata, ob Lunæ nimiam vicinitatem.

23 ♂ᵗⁱˢ Vesperi, Sequentes cepi Distantias Lunæ recens ortæ à 25ª Geminorum, quam sub Horizonte texerat, cujus locus Tychonicus ad hoc tempus ♊ 26° 25′ Lat. 0° 13′ Aust.

Hor. Horol. correcta. h	′	″			′	″
6	13	15	✱ à Confinio——	6245 =	51	21
	16	20	Isthæc Distantia.	6485 =	53	19
	19	40	————iter.	6676 =	54	54
	21	40	————————	6832 =	56	10
	24	05	————————	6984 =	57	25
	27	10	————————	7192 =	59	08
	30	00	————————	7398 =	60	50

Vide Fig. 70

Deinde adeò disposui Micrometrum, ut Fixa per Apicem, in una laminarum Distantias dirimentium factam prætereundo, ipsius summitatem duntaxat delibaret; Fixæ primùm, & deinde Lunæ ad hunc expectavi appulsus, quo viderem quænam Maculæ eandem haberent cum Fixâ Declinationem, & quanta fuerat Differentia Ascensionum Rectarum dati in Lunâ puncti, & Fixæ.

Hora 6 33′ 30″, Fixa tangebat Apicem.

Hora 6 38′ 15″, Limbus apparenter superior, verè inferior, Mæotidis eundem tetigit; sed Ætna, Audus, & Circinna, omnes apparenter infra Apicem sunt progressi; tandem Limbus Lunæ remotior ad eundem locum pervenit Hor. 6 40′ 15″.

Paulo post Horam septimam ejusdem Noctis, Luna 14ª Geminorum intra mensurabilem Distantiam appropinquabat; Fixæ locus Tychonicus nunc ♊ 28° 56′, Latitudo 0° 58′ Austr. è qua

Hor. corr. h	′	″			′	″
7	20	10	Lunæ Limb. prox. aberat	5796 =	47	39
	22	30	Iterum————	5696 =	46	49
	29	00	Lunæ Diameter———	3675 =	30	13
	36	00	Iterata————	3685 =	30	18

Vide Fig. 71

 Hucus-

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

ANNO MDCLXXV.

Novembr. 23 ♂ Hucuſque Cœlum extiterat valde ſerenum, ſed jam Nubes tenues Lunam ſubeuntes eam detinuere uſque Hor. 9 39′ 00″, cum Stellæ iterum cepi à limbo Lunæ proximo Diſtantiam 3650 = 30′ 00″. Deinde Nubes ſpiſſiores Lunam excipientes, ejus nos conſpectu privabant, unaque ſpe plura hac Nocte obſervitandi, nec ampliùs profectò ſudum fuerat.

29 ☽ᵉ Occultationem 33ᵉ Leonis, cujus locus Tychonicus ♍ 19° 52′, Latitudo 5° 41′ Auſtr. promittebant Ephemerides circa Horam 13 ½ P. M. Nubes tamen denſæ cælos undiquaque eâ Nocte ſubtegentes, Lunam orientem excepêre, & è conſpectu meo detinuere uſque Hor. 3 poſt mediam Noctem; tunc autem iis circa Lunam dehiſcentibus, ſequentes per hiatum amplum Fixæ, jam à Luna emerſæ, à limbo ejus cepi Diſtantias.

Vide Fig. 72.

Hor. Horol h ′ ″	*correcta.* h ′ ″		′ ″
·15 18·15	15 24 45	Fixa à cuſpide inferiori	3454 = 28 24
21·30	28 00	à cuſpide ſuperiori	3716 = 30 30
23 15	29 45	Ab inferiori iterum ——	3679 = 30 15
26 00	32 30	A limbo remotiori ——	5320 = 43 44

Adeo deinceps diſpoſito Inſtrumento ut Fixa per Apicem antememoratum, in altera laminarum factum, incederet detentoque Tubo immoto, donec ad eum Luna adpelleret, duas comperi partes Diſtantiæ, inter Lacum Nigrum majorem & limbum Lunæ, in tres diviſæ, & à limbo Lunæ numeratas per eundem Apicem in tranſitu abſcindi. Lacus Niger erat in ipſa Sectione, & in maximâ fere ipſius à limbo Lunæ Diſtantia; Ætna etiam & Circinna multùm ad Auſtrum libratæ, Luna ſenſibiliter cava: Nubes deinceps denſæ, Lunam ſubeuntes, ejus me conſpectu privabant, nec ampliùs hac Nocte ſudum fuerat.

Decembr. 1 ☿ⁱⁱ Sequente Veſperi, ab Altitudinibus lucidæ Pleiadum Quadrante tripedali Teleſcopico captis, Horologium tempora juſtò tardiora oſtendere compertum ſcrupulis horariis 5′ 12″

2 ♃ⁱˢ Hora 5 ½ P. M. ſolummodo 4′ 20″.

5 ☉ⁱˢ Hora 5 ½ duntaxat 1′ 45″. Unde liquet Horologium juſtò velociùs proceſſiſſe quotidie ſcrupulis ſecundis 52″; & ſervatâ retrò Accelerationis proportione Novembris 30 manè, tardiùs fuiſſe juſtò 6′ 30″; quamobrem tot ſcrupulos, notatis in iſthac Obſervatione ab Horologio momentis, adjeci.


Oxonii Cœlum longè extiterit ſereniùs, ubi obſervante D. Halleio,

	° ′ ″	*Hor. ſupput.* h ′ ″
Immerſio ✱ᵉ, alta lucida in limbis Leonis ——————	36 55 ½	13 55 30
Emerſio alta eadem ——————————	46 34	15 01 13
Diſtantia ejus à limbo æqualis Longitudini Paludis Mareotidis alta eadem.	47 07	15 05 12

Tubo pedum 13, Quadrante pedum 4, Radio.

Vide Fig. 73

	Hor. cor. h ′		′ ″
Decembr. 1 ☿ⁱⁱ Grenovici ————	7 36	♄ h	3934 = 32 20
	47	♄ k	6220 = 51 29
		h k	7230 = 59 27
		h i	2590 = 21 18


Fig. 22
Fig. 23.
Fig. 24.
Fig. 25.
Fig. 26.
Fig. 27.
Fig. 28.
Fig. 29.
Fig. 30.
Fig. 31.
Fig. 32
Fig. 33.
Fig. 34
Fig. 35.
Fig. 36.
Almicanter
Fig. 37.
Fig. 38.
Fig. 39.
Fig. 40.
Fig. 41.
Fig. 47
Fig. 49.
Fig. 50.
Fig. 51.
Fig. 52.
Fig. 53.
Fig. 54.
Cor. ♌.
Fig. 55
Fig. 56.
Fig. 57.
Fig. 58.
Fig. 59.
Fig. 60
Fig. 61.
Fig. 62.
May 24
1675
Fig. 63.
Juny 5.
mane
1675
29. Ophiuchi
Fig. 64.
Septembr. 26.
1675
Fig. 65.
Fig. 66.
Fig. 67.
Fig. 68.
Fig. 69.
Nov. 21
1675
Nov. 23.
Fig. 70
Fig. 71.
Fig. 72
Fig. 73.

Johannis Flamsteedii OBSERVATIONES Cœleſtes.

ANNO MDCLXXV.

Decembr. 5 ☉is Veſperi.

Hor.cor. h ′		′ ″
5 53	♄ h 5535 =	45 30
58	h l 5258 =	43 14
	k l 4232 =	34 48
	k h 7205 =	59 24

vel forſan paulo ampliùs; juſtò enim arctior aliquantulum videbatur Intercapedo Marginum Diſtantiam dirimentium; ♄ l 1794 = 14′ 45″, perpendicularis à Saturno demiſſa, ad lineam ductam per l h incidebat; at ſiniſtram à Fixula l eratque Planeta paululum tranſgreſſus Rectam per k l. Hora 5 58′, Fixæ l & h in æquali fere fuêre Altitudine.

11 ♄i Conjecturæ meæ ab Ephemeride Heckeri deductæ oſtendebant Lunam tecturam 12am Aquarii, lucis 5a, circa 7 h ¼ poſt Meridiem; Fixæ locus Tychonicus ♓ 4° 54′ ½, Latitudo Septentrionalis 4° 08′. Cœlum circa 5am P. M. erat ſereniſſimum; tunc ad inveſtigandum Horologii errorem Altitudines cepi:

Hor. Horol h ′ ″		Altit. ′ ″	Hor.ſupp. h ′ ″	per Horolog. ′ ″	
4 58 10	Lucidæ Pleiadum	31 10	4 54 06	— 4 04	
5 57 45	Aldebaræ———	27 17	5 53 32	— 4 13	deinde

	Correcta. h ′ ″	
5 15 00	5 10 50	Lunæ Diameter 3647 = 29′ 59″ vix ſatis accurata vereor, ventus enim requiſitam Tubo quietem non permittebat.
5 51 30	5 47 20	✱a à limbo obſcuro Lunæ 4490 = 36′ 55″.
6 56 15	6 52 05	✱a à limbo remotiori lucido 5005 = 41′ 08″. Lunam iterum
7 18 15	7 14 05	& in propinquò Fixam per Nubes tenues prætervolantes con-

ſpexi; attamen quantùm à limbo diſtiterit animadvertere non potui, per paucula enim temporis ſecunda ſcrupula emicuit, mox à denſioribus Nubibus excepta latuit ſuum uſque ad Occaſum. *Vide Fig.* 74

12 ☉is Secundùm antedictas conjecturas, Hor. 9 50′ P. M. Lunæ in eadem Longitudine cùm 5a Piſcium verſantis limbus auſtrinus ab ipſa diſtaret unum ſolummodo vel alterum ſcrupulum, Fixæ locus Tychonicus ♓ 18° 23′ ½, Lat. Bor. 4° 27′. Cœlum ab Hora quinta ad ſextam ſereniſſimum extiterit: Interea Fixarum pro emendatione Horologii quaſdam cepi Altitudines, Lunæque Diametrum, & ſequentes Macularum quarundam à Cuſpidibus Diſtantias.

Hor. Horol h ′ ″

5 03 40 Lunæ altæ 37 ½, Diameter 3717 = 30′ 33″.

		Altit. ° ′	Hor. inde ſup. h ′ ″	′ ″
13 25	Lucidæ Pleiadum	34 04	5 08 28	— 4 57
15 25	———————	34 22½		
20 18	———————	35 10		
23 44	———————	35 41	5 18 58	— 4 46
50 02	Aldebaræ ———	26 41¾	5 45 20	— 4 42

Caſpiæ limbus remotior à Cuſpide inferiori	2105 =	17 18
Moſchorum proximus ab eodem Cuſpide —	2125 =	17 28
a limbo ———	1203 =	9 54
Caſpiæ tota Longitudo ———	456 =	3 45
Limbus proximus à limbo Lunæ ———	163 =	1 20

Paulo

Johannis Flamsteedii Observationes Cœlestes.

ANNO MDCLXXV.

Decembr. 12 ☉s

Paulo ante ſextam Nubes tenues, ab Africo ſurgentes, Lunam vexare cœperunt, quas mox denſiores ſequebantur, per quarum hiatus duas has ſolummodo Diſtantias Fixæ à Cuſpidibus Lunæ dimetiri licuerit.

Hor. Horol. h ′ ″	Correct. h ′ ″		′ ″
7 52 30	7 47 45	✻ à Cuſpide ſuperiori	6220 = 51 08
57 48	53 03	à Cuſpide inferiori	6870 = 56 30

Vide Fig. 75

